

Deum in celum empyreum. Angeli enim sunt celestes, et instar fulgoris e celo in terram dilabuntur.

Allegorice Glossa : « Mystice, ait, per Raphaelem intelligi potest Dominus noster Jesus Christus, qui dicitur magni consilii Angelus secundum translationem 70, *Isaias ix.* Et venit in mundum ac curandis in utroque sexu genus humanum.» In Gracis porro dicuntur paulo signatus nonnulla : *Missus est Raphaël*, ut ambobus medetur; *ipsius Tobie alouigines distingeret*, et *Saram Roguelis filiam dare Tobie*, filio *Tobit uxorem*, et *vinciret Asmodam*, matrem demoniū, quia ad *Tobiam periret hereditatis ilam accipere*, id est *Saram*, que illi velut optimā hereditatis docebat, idque quia, ut at *Hebreus* : *Tobias ius erat propinquitatis*, id est propinquitatis jure illam sibi vindicare poterat.

Raphael Queres ex qua hierarchia sit Raphael: Dominicus Bonnes in *l. part.*, *Quast.* CXII, art. 4, putat esse ex infinito ordine Angelorum, quia ipse videtur fuisse Angelus custos Tobie; Alii autem custodes sunt ex infinito ordine. Unde S. Thomas, *l. part. Quast.* CXIII, art. 3, ait Michaelam esse ex ordine Princepsatum, Gabrielem ex ordine Archangelorum, Raphaelem ex ordine Angelorum.
Secundo. Secundo, Serarius hic, *Quast.* II, putat esse ex ordine penultimo, qui est Archangelorum. Nam S. Isidorus, libro VII, Origenes, capite v, Prosper, part. II *Primos.* cap. xxix, et alii Raphaelem vocant Archangelum.

Tertio. ali apud Joannem Eckium, homilia 3
in festo S. Michaelis, censent Raphaëlem esse ex
ordine Potestatum. Hi enim potestatis sunt imperiū
in dæmones exercēt, ut fecit hic Raphael,
liando Asmodeum. Alii opinantur eum esse ex
ordine Virtutum.

Quarto et optimè plures censem Raphaeliem esse ex primo ordine Seraphinorum, adeoque esse unum et septimum primis Seraphinis. Hui enim proxime assistunt Deo, uti astante se ait Raphael, cap. xii. 15. Iustus Gregorius de Valencia, i part, in *Quest. CXII*. D. Thomas, *Quest. VI*, Viegas, comment. II, sect. xviii, in cap. xii *Apor.*, Nazianzenus et Cyrius, quos citat et sequitur noster Ribadeneyra in festo S. Michaelis, Hinc et Miss. *Ethiopias tam*

Raphaelem quam Michaelem et Gabrielem unum
e præstantioribus Angelis constituit. Unde Sep-
tuaginta Romana hoc vers. Raphaelem vocant ma-
gnum: *Coram gloria, inquiunt, magni Raphaelis.*

Hebrei, ut est apud Lyruman , cap. xviii Genes., tres Angelos sub virili forma Abrahamo vi-
sos, Michaelm, Gabrielem, Raphaelem appellant. Primum ad quntundam Isuc filii generationem; secundum ad impuras urbes flammis diruendas; tertium ad euraudum Abraham a vulnera circumcisio-
nem missos dixerint : at refutantur Hebrei a Tostato, cap. xvm Genes. Porro Raphael
bonae valetudini presidet; et ideo missus est ad
pellendam Tobiae ceciditam : hic nomen eius

sonat, medicina Dei : Michael precibus oblationibus fidelium, Gabriel hominum prelatis praefecti sunt. Toletus in cap. i *Luc.* annotat. 46, agit de Gabriele bellis praefecto, ut D. Hieronymus, cap. viii *Dan.*, ac Rupertus in cap. viii *Ante-*

Rursus Raphael est preses itinerum, dux proficiscentium; unde in Itinerario Ecclesie ab iis invocatur. Qua de re insigne exemplum eustodiam Aurelianensis peregrini ab hostibus invasi invocantes S. Raphaalem, et ab eo liberatis recenset Petrus de Natali, Episcopus Aquileiensis, lib. IV, cap. cxxl.

Queres secundo, an Raphael proprie fuerit Angelus custos Tobie? Affirmat Dominicus Bannes loco citato. Probat quia Angeli custodis munus est preces offerre Deo: hoc autem fecit Raphael.

et processus sancte beo ; non autem fecit Raphael.
Hurus ipsoe Tobiam per totum iter comitatus
custodit, ac omnibus peruleis eripuit. Fuit ergo
eius custos. Verum dico cum Serario et Grego-
rio de Valentia eum non fuisse proprio custodem
Tobiae : *primo*, quia hic custos est ex uno et in-
fimo ordine Angelorum; *Raphael* autem est ex
primo ordine Seraphinorum; *secundo*, tunclesares
Angeli ab exercito via: a Deo hominibus tri-
buntur, vel (ut placet nonnullis) a conceptu :
at Raphael missus exultis fuit, cum Tobias ad-
olescentem ageret annos; *tertio*, non fuit praecepit
missus ad juniorum Tobiam regendum tuendum
que; sed ad Tobiam patrem sanandum, Saran-
cam a demone liberandum, ut patet cap. xii.
Hinc patet responsio ad argumentum ; nam non
solum Angeli, sed et Seraphini nostras preces Deo
offerunt; « omnes enim sunt administratori spiri-
tum in ministerio missi », ut ait Apostolus,
Hebr. i, vers. ult.

Denique sicut Asmodeus est rex dæmonum et præses luxurie, sic eius antagonistæ S. Raphael est Rex Angelorum et præses castitatis et castorum tutelaris, ut fuit hic Tobie et Sarae. Unde ipse vel ejus asseclas S. Thomam Aquinatum cingulo castitatis cinxerunt, ut habeat ejus vita, ac S. Equitum quasi castrando, castitatis dono præmarunt, ut refert S. Gregorius, libro I *Dialog.* cap. IV.

Tropologie disce hic quanta sit anime dignitas quantumque Dei et Angelorum, etiam Seraphinorum (qualis est Raphael) dignatio, qua dignantur hominum peccatorum, villum et misericordium tantam, tamque particularem et providam curam gerere, quantum hic gessit Raphael Tobias et Sara. Lege S. Bernhardini in Psal. xc, serm. 47, ubi inter cetera obtupescens ait: «Angelus suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Confeantur Domino misericordiae eius, et mirabilia ejus filii hominum. Confeantur, et dicant inter gentes, quoniam magnificavit Dominus faciem cum eis. Domine, quid est homo, quia immotuisti ei, aut quid apponis erga eum certum? Apponis erga eum, geris pro eo sollicititudinem, curam illius habens. Denique ei mittis

COMMENTARIA IN TOBIAM, CAP. IV

ungenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis etiam vultum tuum. Et ne quid in celestis vacet ab opera sollicitudinis nostrae, beatos illos spiritus propter nos militis, in ministerium custodie nostre deputas, nostros jubes fieri pedagogos. » Et nonnullus interjectis: « Mira dignatio, et vere magna dilectio caritatis, etc. Summa ergo maiestas mandavit Angelis, et Angelis suis mandavit: illis utique sublimibus, tam beatis tam proximis sibi coherentibus, tam angelicis adhuc existentibus, et vero domestici Dei. Mandavit de te. Tu quis es, Domine? quid est homo, quoniam memor es ejus, aut filius hominis, quoniam res putas eum? quasi vero non sit homo putredo, et nullus homines vermis? Sed qui putas mandavit de te? » etc.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

obias moriturus, uti mutabat, filio dat ultima virtutis salutisque monita.

1. Igitorum cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, ut mori potuisset, vocavit ad se Tobiam filium suum. 2. Dixitque ei: Audi, fili mi, verba oris mei, et ea in corde tuo, quae fundamentum, construe. 3. Cum accepiterit Deus animam meam, corpus meum sepeli: et honorum habebitis matri tuae omnibus diebus vite ejus: 4. membrorum enim esse debes, quae ex quanta pericula passa sit propter te in utero tuum. 5. Cum autem et ipsa compleverit tempore vita sua, sepelias eam circa me. 6. Omnibus autem diebus vite tuae in mente habeto Deum, et cave ne aliquando peccato consentias, et pratermissas praecepta Domini Dei nostri. 7. Et substantia tua fac eleemosynam, et noli avertire faciem tuam ab ullo paupere: ita enim sicut ut nec te avertatur facies Domini. 8. Quomodo potueris, ita esto misericors. 9. Si multum tibi fuerit, abundantem tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impetrare stude. 10. Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. 11. Quoniam eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. 12. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam. 13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, et prater uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. 14. Superbiatum nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo, dominari permittas: in ipso enim initium sumpsit omnis perditio. 15. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercede restituere, et merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. 16. Quod ab alio odisse fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. 17. Panem tuum cum esurientibus et egenis comedere, et de vestimentis tuis nudos tege. 18. Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue, et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus. 19. Consilium semper a sapiente perquirre. 20. Omni tempore benedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnina consilia tua in ipso permaneant. 21. Indico etiam tibi, fili mi, deducere me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus essem, Gabelo, in Rages civitate Medorum, et chirographum ejus apud me habeo: 22. et ideo perquirre quomodo ad eum pervenias, et recipias ab eo super memoratum pondus argenti, et restitus ei chirographum suum. 23. Noli timere, tili misericordia pauperum quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timerimus Deum, et res cesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene.

Monita Tobias.

Mosca
Tobini
duodecim.
Sunt ea numero duodecim. **Primum** est de pie-
tate patri et matri tam in vita quam post mortem
exhibenda, vers. 3, 4 et 5; **secundum** de religione
erga Deum, vers. 6 et 20; **tertium** de eleemosyna,
vers. 7 et 17; **quartum** de fuga formicationis, et
cede operariis justo statim persolvenda, vers. 1;
quintum de talione, ut nemini faciat id quod sibi
fieri nolit, vers. 16; **octavum** de cura pro morbi-
tatis, vers. 48; **novenus** de prudenter, ut nisi fac-
tis sensu consilio viri sapientis, vers. 19; **décimum**,

assidua Dei memoria, laude et invocatione, vers. 20; *undecimum* de providentia alendis familiis, repetendo pecuniam Gabelo multo datum, vers. 22; *duodecimum* ut paupertatem suam soletur spe in Deum, qui sperantes in se ditat. Similia auremonita, et documenta virtutum viri sancti mortuorum filii, et posteris suis tradidere, ut S. Ludovicus filio suo Philippo : lege ea in vita S. Ludovici apud Surium die 25 Augusti; S. Ephrem, ut patet ex eius testamento; S. Theodorus Studita, S. Dominicus, S. Franciscus, cuius testamentum existat in fine tom. IV *Bibliothec. Sanctorum Patrum*.

2. HONOREM HABEBIS Matri TUAE, — juxta illud Dei in Decalogo : « Honore patrem et matrem, ut sis longavus super terram, » *Deut. v. 16*. Vide ibi dicta. Mirare hic Tobie aequanimitatem, qui acri probro exceptus ab uxore, ejus tamen honorem et curam filio demandat, utque ipse memor sit dolorum, fastidorum et periculorum quae ipsa pro eo passa est in utero, et deinceps. Audi *Ecclesiast. cap. iii. 8 et 18* : « Qui timet Dominum, honorat parentes : et quasi dominus serviet his qui se genuerunt. Quam malae famae est, qui derelinquit Patrem : et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem ! »

5. SEPELIAS EAM JUXTA ME, — Hebrei et Graeca : *Seperi eam juxta me honorificans in eodem tempore*, et uxori sunt quasi una caro, id est, una persona civilis, *Gen. n. 24*. Sie Abraham cum Sarra, Isaac cum Rebecca, Jacob cum Lia eodem se-pulcro sepeliri volvere, *Gen. XLIX. 29*. Memorabile est quod scribit S. Gregorius Turonensis, *De gloria Confess. cap. XXXI*, de duobus amantibus, viro scilicet et uxore, in continentia et castitate mutuo consensu viventibus. Cum enim uxor jam defuncta feretur ad sepulturam, vir eis expansionis in celum manibus ait : « Gratias tibi rerum omnium artifex ago, quod sicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluntatis contagio impotuit. At illa subdicens ait : Sile, sile, vir Dei, qui non est necessis proloqui nostrum, nemine interrogante, secretum. Positum obiecta operatio recessit. Non post multum vero tempus et ipse migravit a seculo, seputulso est in loco suu. Erat autem in una quidem basilica, sed e diversi parieibus utrumque sepulcrum habebatur. Et unum quidem ad meridiem, alterum ad aquilonem. Mane autem facto inventa sum pariter (id est conjuncta) esse sepulcra, que usque hodie sic perdurant : idecirco nunc incole duos amantes vocant, et summo venerantur honore. »

6. OMNIBUS AUTEM DIEBUS VITE TUE IN NENTE HABETO DEUM, — puta in memoria, ut illius semper sis memor in intellectu, et de illo crebro cogites et mediteris : in voluntate, ut illum jugiter reverearis, ames, laudes, invoces, obedias, glorifices, ideoque eaveas ab omnibus offensa et peccato, ut sequitur, studiose : juxta illud *Prov. III. 6* : « In

omnibus viis tuis cogila Dominum, et ipse diriges gressus tuos. » Sic Enoch ambulavit aequo ac Noe, *Gen. v. et vi*. Sic Abraham audiuit a Deo : « Ambula coram me, et esto perfectus, » *Gen. XVI. 1*. Sic Elias : « Vivit, ait, Dominus, in cuius conspectu sto, » *III Reg. XVI. 1*. Et Eliseus : « Vivit Dominus exercitus, in cuius conspectu sto, » *IV Reg. IV. 14*. Quin et Seneca, *epist. 19* : « Sic vivit, ait, cum hominibus, tanquam Deus videat. »

7. FAC ELEEMOSYNAM, ET NOLI AVERTERE FACIEN VERA.

TAU (Hebreus, ne excutias oculos tuos) AB ULLO PAUPERE. — Sex hic eleemosyna fructus et stimulis Tobias dat filio, primus est : « Ita enim fiet, frumenta tua nec a te avertatur facies Domini, » *g. d. Talio* *Franca* *nem tibi reddet Deus, quia ipse est curator pauperum. Quare si ab eis faciem tuam averteris, negando eleemosynam, aut consolationem, quam eis dare potes, avertet pariter faciem suam a te Deus, negando gratiam et opem quam postulas.*

8. QUOMODO POTERIS, ITA ESTO MISERICORS, — ut *Vera* si habeas aurum, panem, cibum, illa des; si non habeas, des consilium, verbo soleris pauperem, eique bene preceris, ostendens commissariorum affectum ; commissario enim levat misero miseris, ejusque partem in se suscipit.

10. PREMIUM ENIM BONUM TIBI THESAURIZAS IN DIE

Necessitatis, — ac præseruum in hora mortis : quod illi dabit Deus, utpote a se misericordibus præmissum. Pro « præmium », Graece est *depositum*; quia quæ in pauperes conferuntur, non perirent, sed quasi in sinum Dei custodienda depununtur, ut es a danti suo tempore reddit, tum in hac vita simplicia, tum duplicita, ino centuplia in celo. Hebrei hic addunt : Possedit autem divitias et tesouros argenti et auri in justitia. Nam thesauri nihil proderunt et eleemosyna liberabit a morte. Et quicunque facit eleemosynam, is videbit faciem Dei, sicut scriptum est : Ego in justitia contemplabor faciem tuam, et qui occupantur ea, de ceteris sunt.

Est hie secundus eleemosynæ fructus et stimulus. Sequitur tertius.

11. QUONIAM ELEEMOSYNA AB OMNI PECCATO ET A VERA MORTE (eterna, et sepe a presenti) LIBERAT. — Termina Quia ratione? Primo dispositio, quia eleemosyna impletat gratiam maiorem, quia sensim eleemosynari provehunt ad remissionem culpe, etiam mortalis, et ad illam disponit, si nimirus fiat ex gratia Dei præveniente, uti ad eamdem disponent fides, spes, timor, maxime si ipsa fiat ob motivum aliquod supernaturale, v. g. ut peccatum adjipiscaris, ut Deo placeas, ut ejus gratiam impetreras; secundo, quia si culpa jam sit remissa, eleemosyna meretur remissionem peccata restantis; tertio, quia Deus ob eleemosynam, peccatum presentis vita austert, vel differt, etiam non remissa culpa. Unde eleemosynari etiam alias impi raro in hac vita a Deo castigantur. Quocirca Daniel, cap. IV, Nabuchodonosori sevo et impio suscit dicens : « Peccata tua eleemosynis redi-

pona gehennæ, ut I *Corinth. vi*; Gal. v; *Ephe. v*; *Hebr. XIII*, et S. Joannes, *Apoc. XXI. 8* : « Fornicantium, ait, pars erit in stagno ardenti, igne et sulphure, quod est mors secunda. »

Et preter exorem tuam nunquam patiaris crimem scire, — q. d. Prater uxorem nullam feminam cognoscas, ut cum ea crimen fornicationis admittas. Idem ex Mose didicit Plato, sanxitque, lib. VII *De legibus* : « Nemo, inquit, audet ullam attinere, prater legitimam suam uxorem. »

14. SUPERHAN NUNQUAM IN TUO SENSO (in tua mente, in tua cogitatione, estimatione, iudicio et voluntate), AUT IN TUO VERBO DOMINARI PERMITTAS, (ut licet tentationes superbie sentias, tamen eis non consentias, ut ipsa tibi dominetur; sed tu generose eam reprime, eique dominare;) IN IPSA ENIM INITIUM SUMPSIT OMNIS PERDITUS, — tam Luciferi et Angelorum, quam Adami et hominum; imo, ut at S. Prosper, lib. *De Vita contemp. XXV*: « nullum peccatum sine superbia potest, vel potuisse esse, aut poterit, » quia omnis qui peccat, preponit se, suumque appetitum Deo, ejusque legi, quod utique est superbia. Audi S. Bernardum, serm. 4 *De Adventu* : « Si superbientibus Angelis Deus non peperit, quanto minus tibi, putredine et vermis? Nihil ille fecit, nihil operatus est; tantum cogitavit superbiam : et in momento, in iectu oculi, irreparabiliter precipitatus est, quia in veritate non stetit. Fugite superbiam, fratres mei, queso, multum fugite. Initium omnis peccati superbia, qua tam velocior ipsum quoque sideribus eum clarius micantem eterna caliginem obtenebravit Luciferum; que non modo Angelum, sed Angelorum primum in diabolum commutavit. » Denique serm. 54 in *Cant.* : Superbo Angelis horrenda et formidolosa maledictio interquætur, quoniam in veritate non stetit. Si sic actum est cum Angelo, quid de te fieri, terra et cinere? Ille in celo intumuit : ego in sterquilino. Quis non tolerabiliorem in divate superbiam, quam in pauperiæ ducat? Vt mihi, si tam dure in potestate illio animadversus est, pro eo quod elevatum est cor illius; nec profuit quod cognata potibus superbia esse cognoscitur, quid de me exigendum et misero et superbo? » Et S. Chrysostomus, hom. 4 *ad Popul.* : « Sicut est principium modestie ieiunium, id est fundamentum et constitutio; sic etiam peccati superbia, et ab ea omne peccatum inchoatur. Ex superbia nascitur pauperum despectus, pecuniarum concupiscentia, amor principatus, multe desiderium glorie. Elatus etiam neque a majoribus, nequid ab inferioribus contumeliam pati sustinet, » etc. Gregorius, lib. XXXIV *Moral. cap. XVII* : « Sicut inferus radix tegitur, sed ab illa rami extrinsecus expanduntur, ita se superbia intrinsecus celat, sed ab illa protinus appetitua via pululant. Nulla quippe mala ad publicum prodirent, nisi haec mentem in occulto constringerent. » Denique, « superbia hominem indecorum reddit et ignobiem, *Prov. XI. 2* : « Ubi

fuerit superbia, ibi erit et contumelia; » et cap. xxix, 23: « Superbum sequitur humilitas, et humiliem spiritum suscipiet gloria. »

15. QUICQUEM TIBI ALIQUID OPERATUS FUERIT, STATIONE MERcede RESTITUE, — scilicet ante solis occasum, » si pauper sit, ut praecipitur *Deut. xxiv*, et *Lev. xiii*: « Non morabitur, aut, opus mercenarii tui apud te usque mane. »

16. QUOD AD ALIO ODERI PIERI TIBI, VIDE NE TU ALIQUANDO ALTERI FACIAS. — Hoc est primum principium, ex quo omnes virtutes proximum concernentes, quasi conclusiones educuntur, omnium vita proximum iudicentia resecantur. Audi S. Chrysostomum, hom. 13 ad *Popl.*: « Non opus est multis sermonibus, neque prolixis legibus, nec varia doctrina. Voluntas tua sit lex. Vis beneficia capere; confer beneficium alteri. Vis misericordiam consequi? miserere proximi. Vis laudari? laude alium. Vis amari? ame. Vis primis paribus potiri? cede prius alteri. Tu sis iudex. Tu sis vice tua legislator. » Et rursus: « Quod odisti, alius me facias. Per hoc quidem fugam a malo inducet, per illud amorem virtutis operationem. Odisti contumeliam pati? neque tu alteri invideas. Odio habes falli? neque tu fallas alium. Et in omnibus generaliter, si duo haec verba retineamus, alterius discipline non indulgimus. »

Idem docet S. Augustinus, lib. II de *Ordine vita*, cap. viii, et lib. III de *Doctr. Christ.* cap. xiv, quin et Alexander Imperator, gentilis ille, teste Lampridio, « clamabat sepius quod a quibusdam, sive Iudeis, sive Christianis audiret et tenebat, idque per preconem, cum aliquem emendandam, diei jubebat: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feraris: » quin et Christus ipse hanc virtutis normam sanxit, *Math.* vi, 1: « Omnia, atque cum vultis ut faciat vobis homines, et vos facite illis. » Grecia hic adduct: *Vinam ad eliciendum non bibas, et ne ambulet ebrietatem tecum in via tua*, qui facit te escupere et ruere in fossas et precipitias, indequo in gehennam. Hebreus, caro tibi ipsi ab ebrietate; et nulla unquam caritas tibi arriredit.

17. PANIS TUUM ET VINUM TUUM SUPER SEPULTURAM JUSTI CONSTITUTE. — Hebreas et Grecie: *Efundete panes tuos et vinum tuum super sepulchra iustorum*. Munsterus per sepulcrum accepit ora, q. d. Accepit vinum tuum, et panem pone in ore justorum, ut non moriantur fame; sed nemo non videat hoc esse ineptum, alienum et contortum. Nota ergo olim apud Christianos (notem presertim et in Africa) moris fuisse, ut fideles epulas ferrent ad sepulcrum, et memorias martyrum, quas per martyres hoc quasi contactu sanctificatas, prelibabant ipsi et amici eorum, deinde eas erogant in pauperes, qui in Ecclesia ad agapem in martyrum natatibus convocabantur, idque in honorem martyrum, atque fama solitam facere S. Monasticam matrem suam narrat S. Augustinus, lib. VI *Confess.* cap. II.

Vetus imponebat pa- nes se- gaudens, cur?

Nota secundo idem eos fecisse in sepultura — functionum suorum, quorum dubia erat salus, vel gloria, scilicet eleemosynas, aut convivium, senagopena hanc instruxisse in comiternis, aut temporibus; tum ad lucus solatium, tum et animam defuncti, si ponis purgatoriū det' peretur, eleemosyna hac, et precibus pauperum expiarent. Verum quia ritus hic parentalis referabat mores gentilium, qui manibus suis (taanimas defunctorum, earumque genios, sive deos presides vocabant) eorummodo parentabant, quasi anime defunctorum illis epulis veserentur, sive patet Virgilio, VI *Eneid.*, Plinio, lib. VIII, cap. xii, Macrobio, Cicero et aliis, que proinde a Festo feriali et inferiae, a Poeta Hecatè omen, a Livo viscerationes, a Plauto pollinacte, a Nonis silicernia appellantur; quibus etiamnum utinatur Japones et Peruani, ut liquet ex *epist. Indicis*. Similiter propter abusus conuersionis et compotacionum S. Ambrosius Mediolani hunc ritum epulandi et templis sustulit, cuius exemplum, docente postea S. Augustino, Africana Ecclesia sectata est, ac eleemosyna pro defunctis domi distribuita coepit, ut etiamnum Ita, eti nonnullis in locis, ut in Hispania, panes in sepulchra adhuc offerantur, qui sacerdotibus edunt, ut ore pro anima defuncti, ait Sanchez. Hoc omnia patent ex S. Augustino, lib. VI *Conf.* cap. n, et *epist. 64*, et S. Paulino, epist. ad *Attheum*, et S. Chrysostomo, hom. 32 in *Math.* Idem ergo innuit hic Tobias facultatum apud Iudeos, et forte ab eis Christiani hunc ritum, uti plures alios mutant sunt. Sensus ergo est, q. d. Panem et vinum tum distributione fideliibus pauperibus, ut ipsi orant pro defuncto juna sepulcro. Hinc addit: et noti ex eo handucere et bibere cum peccatoribus, — scilicet, cum infidelibus, perversis hominibus, tum quin eorum preces parum valent apud Deum, pro liberanda et peccatis animis defuncti, tum ne ab eis discas potare et impie agere. Nam, ut eti Epictetus, « qui cum contaminatis versatur, contaminatus evadet; » et Thougnus:

— Ne conjugio pravis,
Sed conjugio bonis, et ab his bona plurima disces.
Cum pravis vivens, tu quoque pravas eris.

« Qui tetigerit picem, ait noster Siracides, cap. xxi, vers. 1, inquinabitur ab ea: et qui communicaverit superbo, induit superbum. » Paolo ante vero dixerat, cap. XII, vers. 13: « Quis miserabilitur incantatori a serpente percussu, et omnibus qui appropriant bestias? Sic et qui comitatur cum viro inequo, et obvolvatus est in peccatis eius. » Porro S. Gregorius, part. III *Past.* xvi, sic explicat: « Panem suum et vinum peccatoribus prebet, qui iniquis subdia pro eo quod iniqui sunt, imponit. Unde et nonnulli hiujus mundi divites, cum fama crucianorum Christi pauperes, effusis largitibus nutrient histrio. »

Hinc ergo liquet esse Purgatorium, ac piorum

eleemosynas et suffragia animabus in eo contensis professe. Vide Bellarminum, lib. I *De Purgat.* cap. viii. Plura haec de re dixi *Ecccl.* xxv, 18, et illa: « Apportiones epularum circumpositae sepulcro. »

19. CONSILII SEMPER A SAPIENTE PERQUIRE, — tum quia in propriis etiam sapientes excutunt: effectus enim excedat rationem. Unde *Proverb.* iii, 5, dicitur: « Ne iniurias prudentie tue, » tum quia sapientes sapientiam dant consilia, et a sapientibus sapientiam discunt; unde Grecus hic habet: *Consilium ab omni prudente queris, neque ultum utile consilium aspernis.* *Hebreus*, 9: « Audi et accipe a quolibet, qui tibi dederit consilium bonus. » Ideam suadet Hieronimus, cuius versus citat laudatissimo Aristoteles, *I Ethic.* cap. IV:

Is rursum bonus est, pater qui recta momenta. At qui ex se nescit, cuique nec portat aures: Ut bona percepit, demens et inutilis illa est.

20. FILI, ait Ecclesiasticus, cap. xxxi, vers. 24, sine consilio nihil facias, et post factum non penitebis. « Et Salomon, cap. xix, vers. 20: « Audi consilium et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis. »

21. OMNI TEMPORE BENEDIC DEUM, ET PETE AD Eo UT VIAS TIAS DIRIGAT, — dicens cum Psalmista, *Psalm. CXXVII*: « Ut Utim (Domine) dirigantur viae meae ad custodiendas justificationes tuas. » Et: « Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semita tuas edoce me. » Hebrei uberior hoc loco habent: « Omni tempore pete a Domino, ut ipse dirigat gressus tuos atque consilium tuum: quoniam non est in hominibus manus consilium aliquod, sed in manus Dei, qui est benedictus: quia omnia, quae voleas, faciet, justusque humiliabit. Grecus vero: *Dominum Deum beneficem omni tempore, et ab ipso pete ut recte facias* tua, *omnesque sentias, et consilia tua bene procedas, tui secundatur.* Neque enim est ultra gens, quae consilium habeat: *sed ipse Dominus bona omnia dat, et quemquecumque voluntar, humiliabit, prout vult.*

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Raphael Angelus se Tobiam ducem offert in Rages, spondetque Patri se eum in columnam ducturum et reducturum.

1. Tunc respondit Tobias patri suo, et dixit: *Omnia quæcumque præcepisti mihi faciam*, pater. 2. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, et ego cum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illus, aliquando cognovi. 3. Tunc pater suis respondit illi, et dixit: *Chiographum quidem illius penes me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restitut. 4. Sed perge nunc, et inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum, salva mercede sua: ut, dum adhuc vivo, recipias eam. 5. Tunc egressus Tobias, inventus juvenem splendidum, stantem præcinctum, et quasi paratum ad ambu-*

landum. 6. Et ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum, et dixit: Unde te habemus, bone juvenis? 7. At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nostri viam quae ducit in regnum Medorum? 8. Cui respondit: Novi, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, que posita est in monte Echatanis. 9. Cui Tobias ait: Sustine me, obsecro, donec haec ipsa nuntiem patri meo. 10. Tunc ingressus Tobias, indicavit universa haec patri suo, super quae admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum. 11. Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper. 12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen celi non video? 13. Cui ait juvenis: Forti animo esto, in proximo est ut a Deo cureris. 14. Dicit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam. 15. Et dixit ei Angelus: Ego ducam et reducam eum ad te. 16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi de qua doquo aut de qua tribu es tu? 17. Cui Raphael Angelus dixit: Genius queris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo cat? 18. Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiae magni filius. 19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irasceris quod voluerim cognoscere genus tuum. 20. Dixit autem illi Angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum. 21. Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et Angelus ejus comitet vobis omnibus. 22. Tunc paratis omibus, quae erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo et matri sua, et ambulaverunt ambo simul. 23. Cumque profecti essent, cepit mater ejus flere, et dicere: Baculum senectutis nostrum tulisti, et transmisisti a nobis. 24. Nunquam fuissest ipsa pecunia, pro qua misisti eum. 25. Sufficiebat enim haec paupertas nostra, ut diritis computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum. 26. Dixitque ei Tobias: Noli flere, salvis perveniet filius noster, et salvus revertetur ad nos, et oculi tui videbunt illum. 27. Credo enim quod Angelus Dei bonus comitet eum, et bene disponat omnia, quae circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos. 28. Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, et tacuit.

Vers. 5.
Raphael
dicit via-
torum.

5. TUNC EGRESSUS TOBIAS INVENT JUVENEM SPLEN-
DIDUM, STANTEM PRECINCTUM, ET QUASI PARATUM AD
AMBULANDUM. — Erat hic Raphael Angelus, qui
apparuit Tobiae, ut « juvenis », ob vigorem et
robur, utpote immortalis, aeternus, immutabilis,
ideoque nunquam senescens aut deficiens; ut
« splendidus », ob splendorum, tum naturae An-
gelice, quae purus et lucidissimus est spiritus,
tum glorie beatifice, ut « stans precinctus »,
quasi dux vie; est enim Raphael preses virum
et viatorum. Quocirca ipse Vasco Gamæ, missus
ab Emmanuel rege Lusitanie ad perpendiculam
viam in Indian orientalem, eandem ipsi et fidei
Christianæ aperuit anno Domini 1496. Audi no-
strum Mattheum, lib. I Histor. Indicæ: « Praetori
(navi) inditum est nomen a S. Gabriele, ut quæ
ex orbe nostro ad antipodas viam Evangelio muniebat, sub tutela presidioque latraret Archangeli
potissimum ejus, qui primus et celo, terris olim
auerit Evangelium: secundum Archangeli Ra-
phaeli, viatorum duæ ac tutori dicariunt. » Deinde
superato Bonæ Spei promontorio appulerunt ad
locum, cui, ut ait Mattheus, « Bonæ Signæ nomen
impositione, et amicitia cum Barbaris inita, sub-
ductæ nave, et multis in locis refectæ: ibidem

columna cum titulo Raphaels Archangeli de more
fixa. » Sie Theodosii Imperatoris exercitus ab An-
gelo (Raphael, vel ejus assecla pastoris persona
induto) per paludes viasque invias ductus, Ra-
vennam se recepit, et Joannem tyrannum proflig-
avit, anno Domini 425, ut narrat Sozœras, lib.
VII, cap. lxxxii, et ex eis Baroniis, tom. V.

Simili prorsus viatoris specie Raphael Angelus
ducem viæ se obtulit S. Macario Romano; insieme
que pene verbis, quibus hic Tobiam cum com-
pellavit, imo eum deduxit ad loca tormentorum, in
quibus torturantur impii, et gaudiorum in quibus
exsultant justi. Ita habet vita S. Macarii in
Vitis Patrum, apud nostrum P. Heribrium Roswey-
dum.

7. EX FILIIS ISRAEL. — Venit dicit Raphael, Vers. 7.
tum quia ipse veniebat ex urbibus filiorum Israël, Raphael
utpote fidelium, quorum sanitatis et salutis causa
sibi erat a Deo demandata. Unde Lyranus et Diogenes
Carthusianus inquit: « Quæ ab Angeli-
nus inter homines dicuntur et fiunt, sunt figura-
tiva: et locutio, qua dicit Raphael se ex Israëlis
filii esse significat esse charitatis coniunctionem,
qua S. Angelii deo fidelibus conjugantur: et
tum quia Israël » Hebraice idem est quod domina-

titur Deus, sive dominans Deus, cuius ipse exequa ut
crederi Angelii sunt creature, et quasi filii, juxta
illud Job, cap. xxxviii: « Ubi eras cum me lau-
darent astra matutina, et jubilarent omnes filii
Dei? » puta SS. Angel. Alter Sanchez Israel, in-
quit, Hebraice idem est quod vir videns Deum.
Raphael ergo est Israël et Israelita, quia videt
Deum facio ad faciem, et haec visione beatur.

8. QUE (Rages civitas) POSITA EST IN MONTE EC-
BATANIS. — Echatabana, sive Echatanis est nomen
indeclinabile urbis Medorum, quæ deinde toti
monti et planitiæ adjacenti, ubi sita era Rages,
nomen dedit suum. Unde Hebrewi habent: Est iter
durum dierum ab Echatabana usque Rages; et Rages
quidem est in montanis, Echatanis autem in planitiæ
campi.

12. ET AIT TOBIAS: QUALE GAUDIUM MÌNÌERIT, QUI
IN TENEBRIS SEDEO, ET LUMEN COELI NON VIDEO? —
Primo, Hugo sic explicat, q. d. Appreciat us mili-
gandum: videtur ergo scire modum, quo visum si-
vestre, ideoque gaudere queam, die illum si-
nosti. Secundo Dionysius, q. d. Non cupio in hac
vita gaudium, cum cœcius nunc vivam, et prope-
diom morituras sim, future gaudia desidero. Ter-
tio et genuine, q. d. Eheu qua ratione gaudere
queam, qui omni luce destitutus, in tenebris ca-
ecitatis obscuram, miseram et mestam vitam ago?

17. GENUS QUERIS MERCENARI. — Vide hic miram
dignationem et demissionem magni S. Raphaelli,
qui se vocat facileque quasi servum mercenarium
Tobiae; unde et servi formam speciemque indu-
rat. Causam das S. Augustinus, serm. 229 De Temp.
qui est De Tobie: « Quid, inquit, meruisse, pa-
ter Tobit (sic enim Graeca vocat patrem Tobit)
filius Tobia, mercenarius habere colestem,
et tanquam operarium locare terrestrem? Celavit
vobis Angelus nomen, Azarias sum, inquit, An-
aniae magni filius: et non dixit: Ego sum Raphael
Angelus. Celavit in primo nomine dignitatem, ne
faceret locatori terrorem. Si enim diceret: Ego
sum Angelus, non esset Tobie mercenarius. Ser-
vata dignitas nominis, ut postremo magnitudo
clareretur dignitatis. Unde recte hoc documen-
tum morale colligit et subiungit: Vide, charis-
simi, quantum sit eleemosyna meritum. Angelum
merui habere operarium. Videatis quantum pro-
fici mortuos sepelire, ut oblatio ejus per Ange-
lum Raphaelem ad colestem ascenderet majestati-
tem. Videatis quia eleemosyna a morte liberat, et
ipsa purgat peccata, facit purgationem oculorum,
liberat a tenebris peccatorum. »

Dicere ergo hic quod tantum via ducem, puta
S. Raphaalem, meruit eleemosynam, et pietas
utriusque Tobie, patris sollicit et filii.

18. EGO SUM AZARIAS ANANIE MAGNI FILIUS. — Wit-
takerus scribens contra P. Edmondonum Campan-
num, p. 77, ait Raphaelis hic mentiri: sed apa-
ge impudens blasphemia. Dico ergo Angelum di-
bere verum: primo, quia, ut ait S. Athanasius in
Synopst, Raphael Tobiam comitatus assumpsit affi-

giem et formam Azariae, ejusque personam pre-
se fererat: sic imaginem S. Petri per metony-
miam vera vocamus S. Petrum. Sic Gen. xxxi, 13,
Angelus vere ait: « Ego sum Deus Bethel, » quia
loquebatur in persona Dei, quasi ejus legatus. Sic
Exod. xx, Angelus, vice Dei promulgavit Decalogue-
num, ait: « Ego sum Deus, » quia loquitur in
persona Dei. Addunt aliqui ex S. Thoma, I part.
Quæst. LI, art. 2, Raphaalem dici Azariam, quia
corpus Azariae jam vita functi ex sepolcro assum-
perat et induerat. Verum hoc indecens fuisset,
nec sufficeret, quia corpus Azariae non est Azaria.
Denique, male id colligunt ex S. Thoma, qui
Angeli tributus corpus aereum.

Secundo, quia, ut ait S. Gregorius, hom. 34, An-
securus
geli in se non habent nomina, cum invicem vi-
deant et colloquuntur facie ad faciem, sed ea sor-
tinunt et assument, ratione ministeri quod apud
homines obuenit. Sic Michael pugnans pro fideli-
bus cum dracone superbo assumit nomen humiliatiæ,
sequre vocat Michael, id est, « quis ut Deus? »
Apocal. XII. Gabriel vero idem est quod « fortitudo
Dei, » quia praest præallis Dei. Raphael idem est
quod « oratio Dei, » quia ipsa cedidit Tobiae
curavit. Idem hic se vocat « Azariam, » id est au-
xilium vel adjutorium Dei, cuius ipse exequa ac omnes
Angeli sunt « administratores spiritus, » ut ait
Apostolus, Hebr. cap. 1, vers. ult., hoc est ministeri
et adjutoriæ Dei. Porro Graeca habent: « Ego sum
de genere Azaria et Ananiae magni et fratri tui, »
q. d. Ego sum junior, sive minor Azarias filius
senioris Azariae, qui fuit filius magni Ananie, sive
parentis Ananie, ut habet Hebrewus. Raphael enim
ceterique Angeli sunt filii Azaria senioris, id es
filii Dei, qui est compar et adjutor magni Aniae,
id est Dei patris.

Posset quoque Azarias significare prohibitus, vel
retentio Dei, a radice οὐτος, id est prohibuit,
cohibuit, clausit, quia Raphael cohibuit Asmodeum,
eumque in deserto conclusit.

Posset rursum « Azarias » significare divitiae,
vel divitias Dei, a radice οὐτος, id est dives
fuit: aut thesaurus Dei, a radice οὐτος olor, id est
thesaurus: ipse etenim thesaurus sapientiae et
beneficentie Dei in se continet, eorumque est
minister et dispensator.

Posset denique « Azarias » verti beatus, vel
beatitudine Dei, a radice οὐτος astro, id est beatitudo.

ANANIE MAGNI FILIUS. — Ananias si per η chet
scribatur, ut Hebrei dicunt Chananas, idem
est quod gratia Dei, ait Beda, sive ut Paginus,
domum, miserari et gratificari Dei, sive Deus do-
nans, miserans et gratificans; hujus enim filii sunt
Angeli, ipseque Raphael, quia gratis ab eo accep-
perunt angelicam suam naturam, gratiam et glo-
riam, idque ut vult Franciscus Suarez et alii, per
merita Christi, qui proinde per Ananiam hic ac-
cipit potest, ut ipse sit pater, princeps et Dominus
Raphaelis omniumque Angelorum, ut doceat Apo-
stolus, Ephes. I, et Hebr. I.

Si autem *Ananias* scribarit per *yān īa*, idem est quod *וְאַנְיָן יְה*, id est nubes Dei, quia sciens Raphael et Angeli sunt filii Dei, qui est invisibilis, et per gloriam incomprehensibilis, cuius rei symbolum est nubes. Unde nubes in Scriptura dicitur latibulum, et quasi vestimentum Dei, quia Deus in nube se abscondebat et loquebatur, responda dans ex propitiatorio, *Levit. xvi, 2*, ac per nubem passim apparet Mosi et filii Israel. Idem Dei imitatione fecit hic Raphael, qui per naturam suam Tobias erat invisibilis, ideoque corpore quasi nube se textit, et idcirco Tobias incognitus fuit in via. Hinc patet nomen Azarias et Ananias hic magis esse appellativum quam proprium, de quo mox plura.

Raphael
typus
christi

Tropolo-
gico et
Apostoli

Azarias
nomes
magno-
rum

Allegorice Raphael fuit hic typus Christi. Ipse est « *Azarias*, » id est *adjutor Dei*, ad illuminandum, redimendum et salvandum homines caecos, ac magni Ananias, id est Del patris, ejusque gratiae et misericordiae filius, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiae et gratiae Dei absconditi, in eoque « *inhabitabit omnis plenitudo divinitatis corporaliorum* » ad *Colos. ii, 9*, ideoque ipse iure Ananias, id est charitatem et gratiarum filius est et appellatur. Hoe est, quod ait Christus, *Isaie cap. 1*, vers. 7: « *Dominus Deus auxiliator meus; » et cap. LXIII, vers. 7: « *Miserationem Domini recor-dabor. » Tropologicus Azarias fuit S. Paulus et Apo-stoli, virilis Apostolici; hi enim sunt Del adjutores in salute hominum procuranda. Unde ipse ait *II Cor. v, 19*: « *Dedit nobis ministerium reconciliationis: pro Christo ergo legationis fungimur, tamquam Deo exhortante per nos: Observamus pro Christo, reconciliamini Deo. »***

Porro Azarias nomen apud Hebreos fuit illustris, ideoque magorum Regnum, Principium, Pontificium, Prophe-tatum, Canitorum. Rex enim Ozias filius Amazias dictus est Azarias; ac Pontifex, qui animose restituit Ozias regi volenti offerre incensum, pariter dictus est Azarias, ut patet *I Paral. xxxi*, fuitque filius Johanan Pontificis, ut patet *I Par. vi, 10*. Johanan autem idem est quod Ananias: hunc coepit fuit Tobias. Fuit rursum alius Azarias Pontifex filius Sadoc Pontificis tempore Salomonis, de quo *III Reg. iv, 2*, et *I Paral. vi, 9*. Fuit et tertius Azarias filius Helcias et pater Saraias Pontificis, avusque Esdras, qui Ezechiel regis pietatem adjuvauit. *I Paral. xxxi, 10*, et *I Esdras vii, 4*. Fuit insuper Azarias filius Nathan prefectus aulicorum Salomonis, *III Reg. iv, 5*. Fuit Azarias filius Ethan, ne-pos Phares et abnepos Iude Patriarchae, *I Paral. ii, 8, 38*, alius nominatur Azarias filius Jesus. Ad haec fuit Azarias propheta, qui valentinando animavit Aza regem Iuda ad descren-dendum idola, *I Paral. xv, 1* et seq. Rursum filius Josaphat regis Iuda vocatus fuit Azarias, *I Paral. xxii, 2*. Fuit et Azarias, prius Iudeis, qui Israe-litas prediam et Iuda abactam restituere generose coegit, *I Paral. xxviii, 12*, tempore Achaz Regis Iuda, et pariter coepit fuit Tobias. Ac ut plu-

res alios taceam, Ananias, Azarias et Mizael fuerunt tres adolescentes regi, socii Danielis Prophetae, qui ob Dei cultum in fornacem ardentem con-jecti, in ea illies permaneserunt, *Daniel. iii*, atque ex Azaria Levita prognatus est Samuel Propheta, ejusque nepos Heman Cantor in templo, tempore Davidis, *I Paral. vi, 46*. Ad omnes hos alludit hic ^{Ali quae} Raphael, sed presertim ad Azarium Pontificem ^{aliquae} filium Johanan, sive Ananias. Est enim Raphael rex Angelorum, sicut Asmodeus demonum, ut dixi. Idem quasi Pontifex obtulit incensum Deo, scilicet preces Tobiae, *cap. xi, vers. 12*; idem ut cantor assidue canit Deo: « *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, » *Isaie vi, 3*. Ipse enim est ex Seraphim. Idem est Propheta, quia hic Tobiae curationem canticis predictis, ino-praestit. Quocirca recte notat Saliannus, tom. IV, anno mundi 3226, num. 3. Azarie nomen non tam esse proprium quam appellativum, utpote quod sibi honoris causa multi Pontifices, quasi agnomen asceriverunt, quasi eo postulantes et sperantes auxilium Dei (hoc enim significat Azarias). Nam Septuaginta Sixtini filium Joaide, non Zachariam, sed Azarium vocant, *II Par. xxiv*. Et Rex ipse Ozias in libris Regum dicitur Azarias, et quidem cognomento, ut ait S. Hieronimus in *cap. i Amos*. Et Pontifex qui tempore Ezechie filiorum, a Josepho et Chronologio Hebreis vocatur Neras, *Il Paral. xxxi, 10* et 13, Azarias nominatur.*

49. ET TOBIAS RESPONDIT: EX MAGNO GENERE ES VER. IX.
— Addunt Graeca eum subiunctio: *Azarius et Jonathan Magni illius Sanius* (Hebreus, Semolath, id est pacifici, vel retribuentis) *filius ego noxi jam tum, cum Jerosolymam una adoramus, et primogenita decimasque fructuum consecrandis causa proficeremus; non enim in errorem cognitorum nostrorum ad-iscuerimus, ut adorantem vitulos aureos a Jero-bonom in Israel erectos. Ex hisce verbis liquet: primo, vera aeo Tobias fuisse Azarium filium Ananias; secundo, Ananias fuisse Israëlitam, non Iudeum; tertio, fuisse virum fidem et pium; quarto, To-biae cognitum et amicum, ideoque Azarie eius filii speciem et nomen assumpsi Raphael.*

21. ANGELUS EIUS COMITETUR VOBISCEM. — Illo ver. 21 palat illo avo Tobiam et fideli credidit Ange-los custodes singulis hominibus a Deo deputatos, eos comitari, dirigere, instruere, defendere, etc. Graeca addunt Tobiam Angel pro mercede sui ducatus promisise drachmam per diem, et necessaria ad vitam et victimum, atque si sani rediissent, additurum se honorarum super mercedem. Brachia aurum est coronatus Francicus, qui nimium erat Tobias pauperi prelum; quare drachma argenti, que valet Regalem Hispaniensem quinque stuferorum, sive decem bajocorum hic accipiente videtur.

23. CUNIQUE PROPECTI ESSENT, — addunt Graeca, et canis pueri cum eis, quod habet cap. sequenti, vers. 1.

27. COMITETUR EI, — id est, eum vel cum eo.

Nee putes esse sollecitissimum, sic enim loquitur dicimus: ipse mihi est comes; comitari enim est Cicero, *Tusculan. Questionibus*, cap. v, et sic latine esse comitem.

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Raphael monet Tobiam, ut piscem se inadvertentem branchia ex aqua extrahat, exenteret, ac cor, fel, jecur ad pharmaca reservet; deinde, ut Saram sibi postulet uxorem a Raguel patre.

1. Profectus est autem Tobias, et canis secutus est eum, et mansit prima mansione iuxta fluvium Tigris. 2. Et exiit ut lavaret pedes suos, et ecce piscis immanis exiit ad devorandum eum. 3. Quem expavescens Tobias clamavit voce magna, dicens: Domine, invadit me. 4. Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam ejus, et trah eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, et palpitare cepit ante pedes ejus. 5. Tunc dixit ei Angelus: Exentera hunc piscem, et eum ejus, et fel, et jecur reponere tibi; sunt enim haec necessaria ad medicamenta utiliter. 6. Quod cum fecisset, assavit carnes ejus, et secum tulerunt in via: cetera salierunt, quae sufficerent eis, quoque pervenirent in Ragae civitatem Medorum. 7. Tunc interrogavit Tobias Angelum, et dixit ei: Obscere te, Azaria frater, ut das milii quod remedium habebut ista qua de pisce servare jussisti? 8. Et respondens Angelus, dixit ei: Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extircat omne genus demoniorum, sive à viro, sive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. 9. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albago, et sanabuntur. 10. Et dixit ei Tobias: Ubi vis ut maceamus? 11. Respondensque Angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, et hic habet filiam nomine Saram; sed neque masculum, neque feminam ullam habet aliam praeter eam. 12. Tibi debetur omnis substantia ejus, et oportet eam te accipere conjugem. 13. Pete ergo eam a patre ejus, et dabit tibi eam in uxorem. 14. Tunc respondit Tobias, et dixit: Audio quia tradita est septem viris, et mortui sunt; sed et hoc audivi, quia daemonum occidit illos. 15. Timeo ergo ne forte et mihi hec eveniant: et cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. 16. Tunc Angelus Raphael dixit ei: Audi me, et ostendam tibi quae sunt, quibus prævalere potest demonium. 17. Illi namque, qui conjugum ita suscipiunt, ut Deum a se et a sua mente excludent, et sum libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem demonium super eos. 18. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, et nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. 19. Ipsa autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur daemonium. 20. Secunda vero nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. 21. Tertia autem nocte, benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes. 22. Transacta autem tercia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

1. ET CANIS SECUTUS EST EUM, — ut canes familiares sequuntur heros, a quibus nutrituruntur. Dicit hoc ad nexum historie: nam nostri parentes ex precurrente cane cognoverunt redditum *To-bie*, *cap. xi, vers. 9*.

2. ET EXIIT (ex hospitio ad flumen Tigris), *Ver. 23*
UT LAVARET PEDES SUOS, — ex itineri fatigatos, ac pulvere et sudore sordidos et olidos.

3. ECCE PISCIS IMMANIS EXIIT AD DEVORANDUM
EUM. — Queres: Quisnam fuit hic piscis? Primo
sub ² *Tobie* ³ *cap. vii* ⁴ aliqui censem fuisse cetum, sive balenam; hec
alii homines vorat et gluit. Verum balenes,
utpote vastissimas, non capit Tigris duvius, sed

vastum mare. Rursum balenam solus Tobias extrahere nequivisset.

Secundo. Dionysius Carthusianus putat fuisse crocodilum : hic enim ex Nilo egreditur et homines in terra inseguuntur, necat et devorat. Est enim amphibus, tamque in terra, quam in aqua degit et pascat. Verum crocodilum extrahere nequivisset Tobias. Addit : Crocodilus in terra vivit; hic autem pisces, extractus in terram a Tobias, eripit « ante pedes eum palpitare », deficeret et mori, uti solent pisces extra aquam.

Terzo. Rabolini, quos sequitur Georgius Venetus, tom. VI, *Problem. CLXXXV*, censet esse lucum pisces, qui vorax est, adeoque exteriores pisces devorat, ideoque dicit lucius, Graece λύκος, id est lupinus, quasi lupus piscium. Verum luci non sunt tam grandes et audacie, ut hominem invadere audirent.

Quarto. ergo verisimilius Franciscus Valesius *Sacra Philos.* cap. XLII, ex Plinio, Menandro et aliis censem hunc piscom fuisse callionymum, id est, pulchri nominis, qui maximus est, carnivorus et voracissimus, dentes habens serratos, ac oculis in vertice capit fixos; unde et uranoscopus, id est, celum spectans vocatur, et os inferius oculis situm, ideoque ab Italis vocatur *bocea in capo*; unde ejus aspectu territus fuit Tobias. Abundat felle, quod valet ad albugines ex oculis extergendas. Ita Dioclesius, lib. I, cap. XVI, Galenus et Plinius, lib. XXXII, cap. vii, sub initium, quem audi : « Callionymi fel cisticares sanat, et carnes oculorum supervacuas consumit; nulli hoc piscom copiosius. Idem pisces et uranoscopus vocatur ab oculo; quem in capite habet. » Hic ergo « exiuit » non in terra, sed extra aquam, caput et gutta erigens et extendeens, « ad devorandum eum », scilicet Tobias. Addit : Oppianus, libro II, callionymum vocat ιχθυστερον, eo quod interius indormit, nocte vigilet praedae querendae causa, uti fures interius dormient, noctu vigilant, ut furentur. Izitum potius hic pisces a Tigri egredi in arenam vicinam, ibique Tobias invadere. Subiungit Oppianus adeo voracem esse hunc piscom, ut ciborum copia minus distento ventre disrumpatur et emoriatur, quo tristi exitu homines a luxu erupatula deterret. Pisces hunc graphicè per omnia membra describit Guillelmus Rondeletius, lib. X de *Pisibus*, cap. ult., ubi et addit eum callionymum, id est, pulchri nominis dici, eo quod, licet in se sit ferox et turpis, oculos tamen habeat in vertice, at semper in celum suspicat, que forma dignior est homine, quam pisces. Hominis enim proprium est sursum aspicere et mente celum contemplari, fragilis et caduca queque falso in bonis a vulgo habentur, contemnere, et infra se posita despiciere : ergo hominis mens, queque a nomen, sit uranoscopica justa illud Ovidii :

Os homini sublimè dedit, cunctaque terreni
Iusta, et grecos ad sidera tollere vultus.

Quinto. *Cordis eius particulam si super carbones ponas.* *Vers. 8.* *Fumus eius extricat omne genus demoniorum.* — Querens qua vi virtute pisces hujus cor aque ac fel vers. 49, fugit demones : *Valesius, Sacra Philos.* cap. xxviii, dicit pisces hinc *demones, quae vi?* *Respon.*

Dices : Callionymus, teste Plinio et Oppiano, est pisces marinus; hic autem erat ex Tigri fluviis. Respondeo : Pisces marini saepe in magnis fluviis reperiuntur, presertim in maris refluxi, quando fluvii exundant. Pisces enim amant aquam dulcem, qualis est in fluviis, sed « iurum est callionymus », qui duorum pedum mensura non excedit, teste Rondeletio et Aldrovando, a sumus fuisse Tobias invadere : verum pisces hic vorax est aquae ac solidus, ideoque Tobias invasit.

8. CORDIS EIUS PARTICULARAM SI SUPER CARBONES PONAS (asses), FUMUS EIUS EXTRICAT OMNE GENUS DEMONIORUM. — Querens qua vi virtute pisces hujus cor aque ac fel vers. 49, fugit demones : *Valesius, Sacra Philos.* cap. xxviii, dicit pisces hinc *demones, quae vi?* *Respon.*

Quarto. ergo verisimilius Franciscus Valesius *Sacra Philos.* cap. XLII, ex Plinio, Menandro et aliis censem hunc piscom fuisse callionymum, id est, pulchri nominis, qui maximus est, carnivorus et voracissimus, dentes habens serratos, ac oculis in vertice capit fixos; unde et uranoscopus, id est, celum spectans vocatur, et os inferius oculis situm, ideoque ab Italis vocatur *bocea in capo*; unde ejus aspectu territus fuit Tobias. Abundat felle, quod valet ad albugines ex oculis extergendas. Ita Dioclesius, lib. I, cap. XVI, Galenus et Plinius, lib. XXXII, cap. vii, sub initium, quem audi : « Callionymi fel cisticares sanat, et carnes oculorum supervacuas consumit; nulli hoc piscom copiosius. Idem pisces et uranoscopus vocatur ab oculo; quem in capite habet. » Hic ergo « exiuit » non in terra, sed extra aquam, caput et gutta erigens et extendeens, « ad devorandum eum », scilicet Tobias. Addit : Oppianus, libro II, callionymum vocat ιχθυστερον, eo quod interius indormit, nocte vigilet praedae querendae causa, uti fures interius dormient, noctu vigilant, ut furentur. Izitum potius hic pisces a Tigri egredi in arenam vicinam, ibique Tobias invadere. Subiungit Oppianus adeo voracem esse hunc piscom, ut ciborum copia minus distento ventre disrumpatur et emoriatur, quo tristi exitu homines a luxu erupatula deterret. Pisces hunc graphicè per omnia membra describit Guillelmus Rondeletius, lib. X de *Pisibus*, cap. ult., ubi et addit eum callionymum, id est, pulchri nominis dici, eo quod, licet in se sit ferox et turpis, oculos tamen habeat in vertice, at semper in celum suspicat, que forma dignior est homine, quam pisces. Hominis enim proprium est sursum aspicere et mente celum contemplari, fragilis et caduca queque falso in bonis a vulgo habentur, contemnere, et infra se posita despiciere : ergo hominis mens, queque a nomen, sit uranoscopica justa illud Ovidii :

Intonat anistes Domini : Fuge, calidæ serpens,
Ex te me alabis, et spiras s' lve latentes;
Mancipiun Christi, fur corrupissime, vexas.

Tertio planius et plenius Lyranus, Serarius et Abulensis in I Reg. XVI, Quest. LXVI, et Pererius in Dentel. pag. 272, censem fumum cordis pisces callionymi expulisse demone inchoate vi naturali, ut insinuat hic Raphael, sed complete vi Angelica et celesti. Naturali, nimur impediendo actionem demoni, per dispositionem contraria, quomodo musica Davidis impedit agitationem saus per demonem. Demus enim agit per naturales causas et humores maxime melancholico : quae ergo humoris hos tollunt vel minuant, demonis actionem et vexationem infringunt. Hinc idipsum dicitur facere ruta, hypericon, cornua caprina, artemisia, cameleontes, jecur, lapis Sandius, et Chrysotylus, etc. Quia (si tamen id verum est) nimur discentium melancholi, exhibent aniam, itaque mororem, perturbationem et anxiam, et ad desperationem, quam suggerit demus, dissipant. Vide Serarium et Delrio in Magic. lib. III, Quast. XXVII, sect. II. Completa tamen causa, abigens demenem, fuit Raphael Angelus, qui ad suffitum jecoris propter meritum et orationem Tobie fugabat tributum, dicentes demones ob superbiam a Deo subiecti cerfis corporibus, acheribus. Verum haec virtus in hoc pisce est inaudita, nec unica ejus suffragatio potuit habere vim perpetuo arcendi demone, « ita ut ultra non accedit », ut hic dicitur.

Secondo. noster Sanchez censem demonem *fugari fumo cordis pisces hujus*, ex eo quod hoc suffumigatio rei tam vilis fiat in demone ignorantem et contemptum, quem ipse, utpote superbiissimum non ferens, abit et refugit. Hinc exerceste energumentis colaphos impingunt, ridicula simulacra rerum turpissimarum et collo suspendunt, et probrosis verbis demones exagitant, quae ille ex superbia sustinere nequit, ideoque non raro abscedit, ulti experientia constat : unde et in libro, qui inscribitur *flagellum demorum*, assurit suffitus hosce adhibendos energumenta, et ignominiosa verba in demone jacienda. Unde in eo exponito quanto ita ab exorcista appellatur demus : « Spiritus immunde, miserrime, tentator, falax, pater mendacij, heretice, fatue, bestialis, furioso, tu Creator inimicæ, luxuriose, insipiente, crudelis, inique, prodo, bestia, — eripens et sus macra, famelica, et immundissima, bestia scabiosa, bestia truculentissima, bestia omnium bestiarum bestialissima, ejecta de paradi, de gratia Dei, de loco incenarabilis, de consortio et societate Angelorum, creatura damnata, reprobata, et maledicta a Deo in atermum ab superbiam et nequitiam tuam, scelerate et nefam, et maledicto, et excommunicato, blasphemie, clamante atque damaande. » Priscice hujus moris index est etiam Prudentius *Contra Symmachum* :

Intonat anistes Domini : Fuge, calidæ serpens,
Ex te me alabis, et spiras s' lve latentes;
Mancipiun Christi, fur corrupissime, vexas.

EXTRICARE. — Nota : Proprium est demons intricare, Raphaelis vero et Angelorum, extricare : sicut enim pescator pisces hamo et venator feras laqueo, aves vero visco et reti implicare satagit, ut capit; sic demus corpus et animam varis doloribus, majoribus curis, angoribus, difficultatibus, scrupulis, litibus, rixis, concupiscentias, intricare contendit, ut se expedire nequeat, sed fiat ejus et gehenna præda. Vide S. Gregorium, XXXII *Moral.* cap. XVII, ad illa Job XI, 12 : *Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.* A *Suggestionum*, inquit, illius (demons) argumenta implicatis inventionibus diliguntur, ut plerosque ita peccare faciat, quatenus si forte peccatum fugere appetant, hinc sine alio peccato non evadant, et culpam faciunt, dum vitant; » idque variis exemplis demonstrat, et tandem viam ex hoc labyrintho exstricandi ostendit per hanc regulam, quasi per filum Ariadnes : « Dum mens inter minoria et majora peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minoria semper eligantur; quia et qui murorum undique ambitu, ne fugiat, claudunt, ibi se in fugia precipitabunt, ubi brevior murus inventur. »

9. ET FEL VALET AD UNGENDOS OCULOS, IN QUIDUS FUERIT ALBIGO, ET SANABUNTUR. — Querens an *Albigo* per fel hujus pisces naturali ejus vi et viriliter videntur recuperit. Respondeo affirmativo, Deo Tobiae tamen vel Raphaele cooperante et suppleente, quod cause illi naturali, puta felis pisces debeat, si videlicet sterco illud calidum hirundinum humorem crystallinum et vim visivam internam Tobiae non extinxerat, sed tantum albuginem et pelliectam oculis ejus obduxerat; hanc enim erosit fel pisces, uti indicatur cap. xi, 13. Si enim ei dicitur : *Tunc sumens Tobias de felle pisces, livinit oculos patris sui.* Et sustinuit quasi dimidiā fere horam; et copit albigo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi. Quam apprehendens Tobias, traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit. Quid clarius: clariora tamen ibidem sunt Graeca, que sic habent : *Inpersit fel super oculos patris sui*, dicens : *Confide, pater. Ut autem ero sint, detrivit oculos suis, et desquamator sunt ab angulis oculorum alligantes. Et videns filium suum, procedit super collum quis, et porator et dixit : Be-neficitus es, Deus.*

Secondo. quia hanc virtutem felis callionymi tribuit Plinio, lib. XXXII, cap. vii, et Franciscus Valesius, *S. Philos.* cap. XLVII, quem audi : « Quia, cum ad extergendas albugines nihil magis a medicis omnibus celebratum sit, quam fel, inter omnia ejus genera, omnium maxime commendatu fel callionymi pisces, et mox hieme. » Galenus quoque, libro X *De simplicitate medicamentorum facultatibus*, capite XII : « Porro, inquit, quorundam animalium bilis singulariter a medicis extollitur, tanquam aciem exercat oculorum, et suffusionem inita digerat, veleti pisces, quem vocant callionymum, hincæ, et scorpius.

marini, tum galli et perdicis. » Sic ille. Idem docet *Ælianus*, lib. XIII, cap. xiv, caterique medieci. Ita censent *Lyrans*, *Dionysius*, *Serarius* et alii.

Dicēs: Tobias erat exexcatus, planeque cœcus; ergo a felle piscis visum recipere non potuit. Respondes, erat cœcus exterioris per pellim oculis obductam, non interioris, ut vis visiva fuerit extincta, ideoque erat cœcus actu, ac potentiam proximam videndi amiserat, non remotam et radiacalem: si quis contendat cum omnino fuisse cœcum, et vix visivam amississe, necesse est ut consequenter dicat eum non felle piscis, sed sola virtute divina supernaturali illuminatum fuisse, uti dixi de fugatione Asmodaei per cor piscis, allegorice Tobias, per fel illuminatum patrem, fuit typus Christi, qui cœcum a nativitate illuminavit sua saliva et luto, *Iom.* cap. ix, vers. 6.

Tropologicē, fel est amarissima poveritas et tribulations, quia oculos mentis melle voluntatis terrene excecas, eo discussio aperit, ut videat peccati turpitudinem, gehennam atrocitatem, virtutem pulchritudinem, Dei bonitatem, colligatia.

Mystice S. Prosper, parte II *Promis.* cap. xxix: «Mysticum, ait, demoni huius hoc est, quod ex interioribus piscis, et demon fugatus est, et Tobias illuminatus. Hoc agit piscis magnus ex passione sua Christus, purgans Mariam, ex qua expulit septem demonia. » Et postea: «Vix namque, Latine pisces, sacris literis majores nostri hoc interpretantur, ex Sybillinis versibus colligentes, quod est Jesus Christus Filius Dei salvator, piscis in sua passione decoccus, cuius ex interioribus remedii quotidie illuminatur et pascitur. »

Vers. 14. 14 ET 15. AUDIO QUA TRADITA EST SEPTEM VIRIS, ET MORTUÍ SUNT: SED ET HOC AUDIVI, QUA DEMONIUM OCCIDI ITILLUS. TIMEO ERGO NE FORTE ET MIRILE EVENIANT. — An. Sara habebit Asmodemus.

An. Sara habebit Asmodemus.

14. ET 15. AUDIO QUA TRADITA EST SEPTEM VIRIS, ET MORTUÍ SUNT: SED ET HOC AUDIVI, QUA DEMONIUM OCCIDI ITILLUS. TIMEO ERGO NE FORTE ET MIRILE EVENIANT. — Graeca addunt: Quoniam demoniū amat ipsam, quod injuria non affect quenquam præter accidentes ad eam, q. d. ipsa habet dominum incubum, qui, amans ipsam, ceteros ejus pro eos occidit. Nam demones in corpore assumpto excipere senem alicuius viri, illudque in feminam infundere, ac per illud prolem generare, uti ait Merlinus ac Arcturum esse progenitos, asserunt D. Thomas, Abulensis, Victoria, Molina, Cantipratensis, *Cosmasius*, *Caenarius*, *Hector*, *Boethius* et alii quos citat et sequitur *Serarius*, cap. viii, *Quæst.* IV, Audi S. Augustinum, XV *De Cibis.* XXII: « Creberimus fama est, multique se expertos, val ab eis qui experti essent, de quorum nide dubitandum non est, andicent affirmant *Sylvianos* et *Fauinos*, quos vulgo incubos vocant, improbos exsultis mulieribus, et carum appetere ac perorgisse concubitum, et quodam deponentes, quos *Diosius Galli* nuncupant, hanc assidue immunditiam et tentare, et efficiere: plures, talesque asseverant, ut huc negare impudente videatur. » Audi et exemplum quod refert *Aurelius*.

tor *Vita S. Bernardi*, lib. II, versu 6: « Muller quedam in regione Nannefi a quodam petulante diabolo sex annis, habito ejus consensu, incredibili libido vexata est. Apparuerat ei in specie pulchri militis, et sepe abutebatur ea invisiibiliter, marito ejus in eodem lecto cubante, lascivius ille spiritus. Que anno septimo timore correpta, veniente in predictam civitatem S. Bernardo Claverallis abbate, misera mulier ad pedes ejus corruit, passionem horribilern et ludificacionem diabolam multis cum lacrymis confessa, succursus sibi flagitavit: a quo consolata, et quid facere deberet edocita, post confessionem diabolus ad illum accedere non potuit. »

Verum diabolus proprie non amat feminas libidinis sue causa, cum carne careat, ideoque nullum habeat libidinis sensum, sed amorem simulat, ut feminas in sui amorem et peccatum infandum pelliciat. Porro non est verisimile Asmodrum hic fuisse amasum et incubum Saræ, tum quia sciebat illam esse castissimam, ideoque ei genitrix resiliuit. Quare Tobias, dicens Asmodaeum amare Saram, id dixit non ex suo, sed ex vulgi sensu et fama. « Audio, » inquit: « vulgus enim, videns septem sponsos Saræ esse occasios a domino, suspicatur hinc fieri ex ejus rivali amore et zelotypia; sic enim proci eadem ambe spousa sponsum saepe mutuo interimunt. Nam versu 17, Raphael Angelus non hanc, sed prorsus aliam, et quasi contraria occasionis eorum afferit causam, scilicet eos cres ab Asmodeo, ob sceleram et ciferem libidinem, Ite Saraius. »

17. ET SUE LIRIDINI IVA VACENT, SICUT EQUUS ET VERS. 17.
MULUS, — nam ut Aristoteles, lib. VI *Hist. anim.* cap. XXII: Salaciissimus omnium tam feminarum, quam marium, equus est. » Unde illud *Ierem.* v. 7 et 8: « In domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores et admissari facti sunt, uniusquisque ad uxorem proximi sui hinnebatur. » Multus quoque, licet steriles, ardet libidinem. Unde veteres luxuriosum designabant pingendo mulum, aut mulam, teste *Pietro*, *Herogl.* xii. Ade certum genus mulorum a ceteris diversum esse in Capadoccia et Syria, quod parit et procreat instar equorum, teste *Aristotle*, lib. VI *Hist. anim.* cap. vii, lib. VI, cap. XXIV.

19. INCENSUS JECORE PISCIS FUGABITUR DEMONIUM. VERS. 19
— non tem vi jecoris, quam mea, hoc est angelica et divina ob tuas, o Tobias, preces et merita, virtute. Vide dicta vers. 8. Mystice S. Augustinus, loco citato: « Christes, inquit, est puer iste qui ad Tobias ascendit, hujus jecore per passionem (in arca crucis) assato fugitus est diabolus. » Apte id fit per jecore, quia in jecore est sedes amoris et concupiscentiae quae hic Christi passione extinguitur.

20. SECUNDUM VERO NOCTE IN COPULATIONE SANCTORUM PATRIARCHARUM ADMITTERIS, — q. d. Eris particeps meritorum, seu sanctitatis S. Patriarcharum, puta *Abrahame*, *Isaacem*, *Jacobem*, *Josephem*, etc., ut

sicut ipsi caste utentes suis uxoribus insignes, vi: « Conjugalis, ait, concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentia vero satianda, sed tamen cum conjugi, propter fidem thor, veniale habet culpam. Adulterium vero, sive fornicatio lethalem habet culpam; ac, per hoc, melior est quidem ab omni concubitu continentia, quam vel ipse matrimonialis concubitus, qui fit causa gigendi. » Et S. Fulgentius, epist. I, cap. iii: « Conjugalis potestatis, ait, inculpabilis est usus, officio gigendis divinitus attributus, si justitia terminum transgreder libidinosus non permitat excessus. Justitia vero utendi conjugant, vel saltem triduo, ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, et ad SS. Eucharistie Sacramentum pleaceant. »

22. ANORE FILORVM MAGIS QUAM LIBIDINE DUCTUS.

— Finis enim copula debet esse desiderium prolium fidelium. « Hac enim sunt tria matrimonii bona, fides (conjugalis), proles, sacramentum, » ut ex S. Augustino docent Theologici.

Audi S. Augustinum, lib. De bono conjug. cap.

CAPUT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Tobias Saram uxorem a patre Raguel postulat, et impetrat; conjugi tabula scribuntur, et nuptia celebrantur.

1. Ingressi sunt autem ad Raguelum, et suscepit eos Raguel cum gaudio. 2. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Anna uxori sue: Quam simili est juvenis iste consobrino meo! 3. Et cum haec dixisset, at: Unde istes juvenes nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Neptali sumus, ex captivitate Ninive. 4. Dixitque illis Raguel: Noslib Tobiam fratrem meum! Qui dixerunt: Novimus. 5. Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit Angelus ad Raguelum: Tobias, de quo interrogas, pater istius est. 6. Et misit se Raguel, et cum lacrymis osculatus est eum, et plorans supra collum ejus, dixit: Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni et optimi viri filius es. 8. Et Anna uxor ejus, et Sara ipsorum filia, lacrymate sunt. 9. Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, et parari convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium; 10. Tobias dixit: Ille ego hodie non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, et promittas mihi dare Saram filiam tuam. 11. Quo auditu verbo Raguel expavit, sciens quod evenerit illis septem viris, qui ingressi sunt ad eam: et timere caput ne forte et huic similiiter contingenter; et cum nutaret, et nov daret petenti illum respondens. 12. Dixit ei Angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huius timenti Deum debetur conjugis filia tua; propterea aliis non potuit habere illam. 13. Tunc dixit Raguel: Non dubito quod Deus preces et lacrymas meas in conspectu suo admiserit. 14. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, ut ista conjungetur cognatione suæ secundum legem Moysi: et nunc noli dubium gerere quod tibi eam tradam. 15. Et apprehendens dexteram filia suæ, dextra Tobias tradidit dicens: Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob vobiscum sit, et ipse conjungat vos, impletique benedictionem suam in vobis. 16. Et accepta charta, fecerunt conscriptionem conjugi. 17. Et post haec epulati sunt, benedicentes Deum.

18. Vocabuitque Raguel ad se Annam uxorem suam, et praecepit ea ut præpararet alterum cubiculum. 19. Et introduxit illuc Saram filiam suam, et lacrymata est. 20. Dixitque ei : Forti animo esto, filia mea, Dominus cœli det tibi gaudium pro tedium quod perpessa es.

Vers. 2. 2. QUAM SIMILIS EST JUVENIS CONSORBINO MBO? — puta Tobiae seniori, qui Raguelis erat patruellus. Tobias enim junior similis erat patri suo, uti scipe accidit. *

Vers. 3. 3. EX TRIBU NEPHITALI SCIMUS. — Nota Tobiam hoc dixisse, non angelum Raphaëlem. Tobias autem putabat Raphaëlem non esse Angelum, sed contributum suum : « Dixerunt ergo, hoc est, dixit unus Tobias respondens pro utroque scilicet tam pro Angelo comite suo, quam pro se ipso : si tamen quis contendat hec utrinque esse verba, ac Raphaëlem assere se esse tribus Neptitali non filium, sed Angelum custodem, vel tutelarem, quomodo Daniel. x., vocatur Angelus Persarum, Grecorum, Hebreorum. Atque hoc sensu Angeli nobis concives et contributus dici queunt. Ita Angelus Joannis Apostoli se conservum vocal Apoc. xix. 10. Denique Raphael hic sumpercular formam, personam et nomen Azarie, ideoque recte se Neptitalitam vocare poterat; talis enim erat Azarias. Vide dicta, cap. v, vers. 18.

Vers. 4. 4. NOSTIS TOBIAM FRATREM NEUM? — « Fratrem, » id est patrem et cognatum, uti jam dixi.

Vers. 5. 6. ET MISIT SE RAGUEL — in collum Tobiae, eum amplexans et osculans. Grace est : *Exilitis Raguel pre letitia.*

Vers. 6. 8. LACRYMATE SUNT. — Addunt Grace, id ecclise postquam audierunt Tobiam amisisse visum oculorum.

Vers. 11. 11. QUID EVERERIT SEPTEM VIRIS QUI INGRESSI SUNT AD EAM, — scilicet in thalamum nuptiale ante complexum maritalem. Nam Graca et Hebrei addunt : « Demonium occidit eos, antequam cum ea ipsi fuissent ut in uxoriis, » id est antequam uxoriam copulam cum ea habuissent.

Queres: Cur tot sponsi ambierunt Saram, praesertim cum posteriores vidissent priorem necem? Respondeo : Prima illecebra fuit singularis Saræ forma et pulchritudo; secunda, quod unica esset heres ingentium opum Raguelis patris sui; tertia, quod existinaverint fortasse jure propinquitas sibi debitam; cum non adesset Tobias, cui, ut habetur vers. 14, debebatur tanquam propinquiori. Quarta, quia amor dementabat eos. Nam, ut ait S. Augustinus, « nimium præcepis est, qui transire contenterit, ubi alium consperxerit cecidisse. »

Felix quem faciunt aliea pericula cauti.

Et, ut ait Plinius, lib. XXVIII, cap. v : « Optimum est aliena insania frui. »

Rursum disce hic quam omnis voluptas etiam coniugij sit anceps et instabilis. En tibi hi sponsi in ipsi sponsione nuptialis occiduntur, ut pluribus similibus contigit, et sepe contingit; unde proverbium est Ben-Spira : « Sponsa ascendit in thalamum, neque quid sibi eventurum sit novit. » Nam ut ait Seneca, epist. 26 : « Incertum est quo loco te mors expectet. Ilaque tu illam omni loco expecta. »

Rursum discant hic cibniges coste uti conjugio, ceterique caste vivere, ne ab Asmodeo, regre ad impudicii hi sponsi occidentur. Ante pauos annos in Belgio existenti mili narravit sacerdos gravis et Societate nostra, in missione castrensi, se militem quemdam ob concubinatum infamem amplius monuisse, ut vitam corrigeret, sed frustra: quare tandem zelo et enthusiasmus actum minatum ei fuisse, edixisseque, nisi citio sese emendaret, experiturum aereum Dei vindictam. Ita factum, nam paulo post, Deus tempestatem, tonitrus ac fulmina eum horrendo fragore, omniumque terroris remisit, ac unicum illum in turpi concubinâ complexum una cum illa, fulgere afflavit et sideravit; itaque in flagranti delicto corpus fulgri, amictum gehennæ tradidit, omnibus succulamentibus: « Justus es, Domine, et rectum judicium tuum! »

Vers. 11. 11. TENERE CORPET, NE ET HIC FORTI SIMILITER CONTINGERET. — Laudat Raguelum S. Ambrosius, libro III Offic. cap. XIV : « Raguel, inquit, præcipue formam honestatis expressit, qui contemplatione honestatis, cum rogaretur, ut filiam suam in coniugium daret, vita quoque filie non facebat, ne circumvenire petitorum facendo videtur. » Et paulo post : « Justus vir plus alienis timebat, et malebatis ibi innuptam manere filiam, quam propter nupias ejus extraneos periclitari. »

16. FECERINT CONSCRIPTIONEM CONJUGI. — Fecerint instrumentum authenticum, in quo conscripserunt conditiones et pacta coniugij, scilicet promissa tam sponsi, quam sponsæ, ejusque parentum. Non dubitarunt parentes, licet territi nece septem sponsorum, dare Saram filiam Tobiae; tum quia Raphael vulnus verborumque gravitate, imo maiestate id suadebat, et securitatem spondebat, tum quia Deus eos interius ad coniugium hoc peragendum incitabat; ita Dionysius, Scerarius et alli.

CAPUT OCTAVUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Tobias sufflu cordis et jecoris pescis fugat Asmodæum, quem Raphael in deserto attigit. Tobiam, consummato matrimonio, Raguel omnium bonorum hæredem facit.

1. Postquam vero eonaverunt, introduxerunt juvenem ad eam. 2. Recordatus itaque Tobias sermonum Angeli, protilut de cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos. 3. Tunc Raphael Angelus apprehendit demonium, et religavit illud in deserto superioris Agypti. 4. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei : Sara, exurge, et deprecemur Deum hodie; et cras, et secundum cras; quia hi tribus noctibus Deo jungimus: tercia autem transacta nocte, in nostro erimus conjugio. 5. Filii quippe sanctorum sumus, et non possumus ita conjungi, sicut gentes quæ ignorant Deum. 6. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis. 7. Dixitque Tobias : Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te ecclî et terra, mareque, et fontes, et flumina, et omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt. 8. Tu fecisti Adam de limo terra, dedistique ei adjutorium Hervam. 9. Et nunc, Domine, tu scis quia non luxurie cause accipio sororem meam conjugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. 10. Dicit quoque Sara : Misere nobis, Domine, miserere nobis, et consernescamus ambo pariter sani. 11. Et factum est circa pullorum cantum, accersiri jussit Raguel servos suos, et abiérunt cum eo pariter ut foderent sepulcrum. 12. Dicebat enim : Ne forte simili modo evenerit ei, quo et ceteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eam. 13. Cumque parassent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei : 14. Mitte unam ex ancillis tuis, et videat, si mortua est, ut sepeliam eum antequam illecessat dies. 15. At illa misit unam ex ancillis suis. Quia ingressa cubiculum, reperit eos salvos et incolumes, secum pariter dormientes. 16. Et reversa nuntiavit bonum nuntium : et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet et Anna uxor eius, 17. et dixerunt : Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus. 18. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti a nobis inimicum persequenter nos. 19. Misertus es autem duobus unicis. Fac eos, Domine, plenius benedicere te, et sacrificium tibi laudis tuae et sua sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium, quia tu es Deus solus in universa terra. 20. Statimque præcepit servis suis Raguel, ut replerent fossam quam fecerant, priusquam elucesceret. 21. Uxori autem sua dixit, ut instrueret convivium, et præpararet omnia quæ in cibis erant iter agentibus necessaria. 22. Duas quoque pingues vaccas, quatuor arietes occidi fecit, et parari epulas omnibus viciniis suis, cunctisque amicis. 23. Et adjuravit Raguel Tobiam ut duas hebdomadas moraretur apud se. 24. De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiae, et fecit scripturam, ut pars dimidia quæ supererat, post obitum eorum, Tobiae domino deveniret.

Vers. 1. 2. PROTULIT DE CASSIDILI, — id est de pera viatorum, instar cassis, sive retis confecta, quali auccipes et piscatores utuntur. Cassidilli enim est nouum diminutivum a cassi, q. d. parva cassis, vel parvum rete, puta sacculus reticulatus, in quo viatores suas reculas et alimenta reponunt. Ita Lyranus, Dionysius et Budæus. Aut cassidula di-

citur a casside, id est galea, quod galeæ similitudinem referat.

PARTEN JECORIS, POSUITQUE EAM SUPER CARBONES VIVOS, — id est ardentes et flammantes : ignis enim, perflammare sese agitans et quasi respirans videtur vivere. Græca überius sic habent :

*et imposuit cor piscis, et hepar, fumumque fecit; et quando odoratus est demon odore, fugit ad Egyptum supra. Hebreus autem: Percepit Asmodeus odorem et fugit. Ergo fumus hic jecoris et cordis aliquid physicu efficibat, quo fugabatur diabolus: quidnam hoc fuerit dixi cap. vi, vers. 8. Quibus addit sanctificata, *serita*, benedictionem, et preces tam Raphaelis, quam Tobie, juncta fumo illi energiam dedisse ad abigendum Asmodeum: sicut pulsu campanarum ad Ecclesias benedictarum fugatur diemon exitanus procelas et tempestates, non vi pulsus, sed vi orationis Ecclesiae, per quam benedictae sunt. Idem fit per aquam lustralium, per agnos et ocreos benedictos, perque alias res consecratis. Sio olim S. Hieronymus, S. Antonius, aliquid Anachorite, dantes energumnam panem vel oleum a se benedictum, expellebant diabolos.*

Simile prorsus recenset Josephus, lib. VIII. *Antiquitat.* cap. II, de radice dicta Baaras a Salomone ostensa, cuius odoratu fugabatur diabolus: « Vidi, inquit, ex popularibus meis quipdam Eleazarum in presentia Vespasiani, et filiorum, et tribunorum, reliquorumque militum multos arreptitos percurentem. Modus vero curationis erat hie: Admoto naribus demoniaci annulo, sub cuius sigilla inclusa erat radix species a Salomone indicata; ad cuius olfactum per nasum extrahebat diabolus, et collapo mox homine, adjurabat id, ne amplius rediret: Salomonis inferni mentionem faciens, et incantationes ab illo inventas recitans. » Hic si vera sunt et proba, non magica, ut proba esse censem Lansenius et Franciscus Lucas, cap. xx. *Math.*, Telotanus in cap. xi *Luce*, Salmeron, tom. VIII., tractat. 13, dicendum est quod a D. Thoma, Ques. VI. *De potentia*, art. 10, ad 3, dictum est, et a Victoria relectum de Magia usurpatum, potuisse quidem certam quandam et piam formulan ejicendi diabones institui a Salomone, sancto adhuc, quare Deus peculiari sua auctoritate, ad diabones fugandos confirmaret. In hac etiam nihil magicum, nihil ex amicitia et fratre cum diabolo. At a Salomone idololatri et magico artis postea studioso, si unquam conscripti, traditio exorcismi, hos oportet magicos fuisse, et nulla divina aut angelica virtute fultos, ad abigendos diabones, sed tantum pacto impio et nefaria magia. Hanc sane olet radix illi Josephi inclusa annulo, in qua nulla facultas supra spiritum, ait noster Pineda, libro III. *De rebus Salom.* cap. xxx. Nam et Serario hic Ques. V, cap. vii, displicet hinc duo. *Primum*, quod lib. VII. *Tobit*, cap. v, asserset radicum Baaras et terra evelli non posse, nisi moriatu is qui evellit, sive homo sit, sive canis. *Secundum*, quod diabones vocet malorum hominum spiritus. *Quintus*, et *Decimus* in *Magia*, lib. VI, cap. II, Ques. III, sect. 2, cum Pineda censet falsi radices has et diabonom exorcismos adscribi Salomoni, illi ergo suspecti sunt, interteque et dubiae fidei. Iudicem, qui eos jactant,

magis abundant, ac forte Eleazarus ille Josephi fuit magnus. Sanctior, ideoque securior, et diaboli formidabilior fuit virga S. Benedicti, de qua S. Gregorius, lib. II. *Dialog.* cap. iv. Siquidem percosus Monachus, quem sepe nigellus puer ab oratione abducebat, « deinceps ad orationis studium immobili permanxit, sieque antiquus hostis dominari non casus est eis in cogitatione, ac si per-

3. ET RELIGAVIT ILLUD IN DESERTO. — Nota: Raphael ligavit Asmodolum in deserto per decreum et potestatem divinam, cum detinendo in deserto, ut loco movere, et inde egredi non posset. Hoc autem fieri potest tribus modis: *primo*, judeo ex parte Dei ne se moueret, ac si seces faciat, minando ei ares penas et verbera: *modo* si egrediatur, vi et verberibus eum ad reges-
Raphael
Asmod
Tobit
Prima sum compellendo. *Secundo*, lex ligat hominem, id est obligat hominem, ideoque lex a ligando dicitur, ut multi volunt juxta illud:

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.

Secundo, imprimo diaboni qualitatem ali-
quam detentivam, v. g. impetum et vim permanente, que eum in loco detinet. Sic enim vis fortis debilis brachii suis detinet, et certo loco affigit. Cur idem facere nequeat Angelus diabolus.

Tertio et efficacissime orando Deum, ut subtra-
het diaboli concursum suum, qui necessarius est ad motum localem, ut egredi possit. Si diabones ligantur in inferno, ut egredi nequeant. Sic Lucifer ibidem ligatus est per mille annos, *Apos.* xx. 2. Sic quatuor Angeli ligati fuere in Euphrate, *Apoc.* ix. 14. Vide ibi dicta.

Porro, quidam Asmodaeus ligatus fuerit a Raphaele non constat. Probabiliter est per totam vitam Tobie et Sarę fuisse ligatum, ne eis unquam noscere posset: propter eos enim alligatus fuit. Ita Sanchez et Serarius.

Multo magis diabolus ligatus est a Christo, ut ait S. Antonius apud S. Athanasium: « Homo cricis ut draco adunctus a domino est, et capitulo ligatus, ut jumentum, et quasi mancipium fugitum vinculus circulo, et armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium devorare permittitur. Nunc miserabilis, ut passer, ad Iudeum irretitus a Christo est, calceano Christianorum subtructis geniti. Ille, qui universa maria a se detela plaudebat, ille, qui orbem terrarum manu sua teneri pollicebatur, ecce a nobis vincitur, ecce me adversum se proliheri non potest disputantem. »

IN DESERTO SUPERIORIS AFRICAE, — puta in parte Australi Egypti, quae alta et mo hosa est, ex qua defluit Nilus, quoque Thebais vocatur, at Jonnes Leo, lib. VIII. *De Africa*, cap. II. Causam dat S. Hieronymus in *Ezechiel*, cap. XXX: « Quod ibi Nilus invadibilis est, et catarracterum fragor, et omnia invia plenaque serpentum et venenatorum animalium. » Tali enim locis decet diabolus, ne cui homini nocere queat. Quocirca diabolus

coram SS. Antonio, Macario, aliisque Thebaidis eremitis graviter questi sunt, quod ipsi sumu locum invassissent et suam Thebaidem Monachis implessent, ut referit S. Athanasius in Vita S. Antonii, *Palladius in Lausiaci*, cap. x, Cassianus, *Collat VII*, cap. xxiii.

Tropologie multis virtutibus, quasi funibus ligatur diabolus, ne ad nos accedit et noccat. *Prima* est, abstinentia et jejunitum; *secunda*, oratio; *tertia*, castitas. Novi ego, ait Serarius, quendam, qui, si quando Asmodaeum irreperiret et blandient semiat, illico castitatis, et formula, volunt iterat: ut, dum inferno diabolus plagam vult, luculentissimum ipse accipiat. Ita enim sue pena gladio jugulatur Goliath: et incidit in formam impis, quam fecit. *Quarta*, passionis, crucis Christi seria meditatio. *Quinta*, lectio et studium S. Scripturae. *Sexta*, sacra synaxis et crebra communio: « Tanquam leones, inquit, sermo. *Gl ad Pop. S. Chrysostomus*, igne spirantes alia mensa recedamus, faci diabolo terribiles, et caput nostrum mente revolentes, et charitatem, quam nobis exhibuit. » *Septima* post: « Hie myrmecis sanguis diabolus quidem expellit, et procul esse facit; ad nos autem Angelos vocat, et Angelorum Dominum. Ubi namque Dominum videant sanguinem, diabones fugient; concurrunt autem Angeli. » Et S. Bernardus, serm. 4 in cena Dom. : « Si quis vestrum, non tam sepe modo,

non tam acerbos sentit iracundie motus, invidie, luxurie, aut caterorum hujusmodi, gratias agat corpori, et sanguini Domini, quoniam virtus Domini operari in eo: et gaudet, quod pessimum ullenus accedit ad sanitatem. » *Septima* est eleemosyna, et officia pia charitatis, que fuse hie prosequitur Serarius.

4. DEPRECENCIUM DEUM HODIN, ET CRAS, ET SECUNDUM CRAS. — id est post crastinum, puta per trah noctes ante copulam, ut praeciperat Raphael, cap. VI, vers. 48.

9. NON LUXURIE CAUSA ACCIPIO SOROREM MEAM CON-
JUGEM. — Sarum vocat Tobias sororem, non quod proprio soror esset; sic enim non potuisse eam ducore uxorem, sed quod generice esset soror; quia scilicet ex eadem gente et tribu erat cognata. « Sororem » ergo, id est concivem et contubilem.

11. CIRCA PULLORUM (galli et gallinarum) CAN-
TUM, — puta in aurora ante solis ortum, de quibus Plinius, lib. X, cap. xxi: « Nec solis ortum, inquit, incautis patinum obrepere, diemque ve-
nientem nuntiant, » *Cant. xi.*

UT FODERENT SEPULCRUM. — Lieet enim Raguel confortatus a Raphaele speraret Tobias cum Sara in conjugi fore salvum, tamen alia ex parte mortuas ne occideretur ab Asmodeo, ut occisi sunt septem priores Sarae sponsi. Reliqua hujus capituli plana sunt: unde alia explanatione non agent.

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Tobias mittit Raphaalem in Rages, ut exigit depositum a Gabeio, cumque invitet ad nuptias. Venit Gabeius, ac sponsus omnia felicia appreccatur.

1. Tunc vocavit Tobias Angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto ut auscultes verba mea. 2. Si me ipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiae tue. 3. Tamen obsecro te ut assumas tibi animalia sive servitia, et vadás ad Gabelum in Rages civitatem Medorum, reddasque ei chirographum suum, et recipias ab eo pecuniam, et roges eum venire ad nuptias meas. 4. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: et si tardavero una die plus, contristatur anima ejus. 5. Et certe vides quomodo adjuravit me Raguel, cojus adjuramentum spenerne non possum. 6. Tunc Raphael assumens quatuor ex servis Raguelis, et duos camelos, in Rages civitatem Medorum perexit, et inveniens Gabelum, reddit ei chirographum suum, et recipit ab eo omnem pecuniam. 7. Indicavitque ei de Tobia filio Tobias omnia que gesta sunt: fecilique eum secum venire ad nuptias. 8. Cumque ingressus esset dominum Raguelis, invenit Tobiam discubentem: et exiliens, osculati sunt se invicem; et levit Gabeius, benedixitque Deum. 9. et dixit: Benedic deus Israel, quia filius es optimi viri, et justi, et timoris Deum, et eleemosynas facientis; 10. et dicatur benedictio super uxorem tuam, et super parentes vestros: 11. et vice deitatis filios vestros, et filios filiorum vestrorum usque in tertiam et quartam generationem: et si semen vestrum benedictum a Deo Israel, qui regnat in secula seculorum. 12. Cumque

omnes dixissent: Amen, accesserunt ad convivium; sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

2. SI ME IPSUM TRADAM TIBI SERVUM, NON ERO CON-DIGNUS PROVIDENTI TUA. — hoc est, tue provide erga me cura non satisfecero, nec condignam ei mercede rependero.

3. SERVITIA, — id est servos.

VADAS AD GABELUM IN RAGES MEDORUM. — Dices: Jam erant in Rages; nam ibi dicitur habuisse Sara, cap. iii, vers. 7. Respondeo: Erant in Rages, id est, in agro vel territorio Rages, sicut qui Tusculi habitat, Rome habitare dicitur, esti in ipsa urbe Roma non habuit. Aut potius dicendum est duas fuisse urbes habentes idem nomen Rages. Ita Lyranus, Belarminus et alii, Causan dat Sanchez, quod Rages sit vox Meda a Graecis accepta. Graece enim Ῥάγη, id est fissura, ruptura, sive fractura. Rages igitur significat locum sepolsum, scissum, interruptum; quia ergo utraque hec urbs sita erat in locis confragosis et asperis, hinc utraque dicta est Rages. Hebrei vero Rages, significat turbanum, tumultum, strepitum, tremorem, fremitum.

10. ET DICATUR BENEDICTIO SUPER UXOREM TUAM, ET SUPER PARENTES VESTROS, — ut omnes videntes vestram virtutem, ideoque Dei benedictionem et prosperitatem, vobis benedicendo apprecent, et dicant: Benedicta sit Sara, que tam probi viri Tobiae est uxor; benedicti sint parents utriusque, qui tam ingenuos post se relinquunt filios et filias. Honor enim et laus filiorum est honor et laus parentum: nam dedecet, æque ac decus filiorum in parentes redundat. Quocirca Basilissus Imperator hoc Leoni filio insigne dedit monitum, imo et virtutis paternæ amulando stimulatum: «Ne me, queso, patrem amante pudefacias. Debent enim pictores corporum delineamenta, filii autem regum, quasi vivæ imagines patrum virtutes referre. » Sic et mulier illa, videns Christi virtutes et sapientiam, exclamavit: «Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti, » *Luke xi, 27.*

42. SED ET CUM TIMORE DOMINI NUPTIARUM CON-VIUM EXERCERANT, — Convivabant hilariter, sed honeste, modeste, sobrie et caste, ne crapula, aut sermone lascivo, vel obsceno Deum offendirent, ut Asmodeum rursus in domum mitteret. Immiterunt hoc conjuges et convivæ, ut a mensis arceant ebrietatem, jurgia, detractiones, spuriæ sermonum, quibus Deus offenditur, conjugibus et convivis maledict. Audiant Platonem, lib. VI *De Legibus*: «Impensa secundum divitias fiat; libere vero usque ad obrietatem ne alii quidem unquam deet; neque vero tutum est,

Et propter filium.

maxime vero connubio conjuncti, sponsus et sponsa tunc mentis compotes esse debent, quando non parvam inuenit vite mutationem; præsertim ut et quam maxime moderatis generatio fiat: ferme etiam incertum est quae nox, aut dies, ipsum cum Deo peragat. Quare ut solidus, stabilis, et quietus conceptus fiat, non oportet, diffluentibus ebrietate corporibus, dare operam liberi. Et animali vino refertus est, tam anima quam corporis rabie concitatus, quavis et trahit, et trahitur. Idecirco ebris, tanquam mente captus, ad serendum est inutilis. Nempe verisimile est eum fetus inaequales, instabiles, obliquos tam membris, quam corporibus procreare. Quamobrem per totam quidem vitam, et maxime atque quidam generationi vacat, abstinebit quisque ab eo, cœbaturque ne faciat, vel quæ sua natura et sponte morbos inducat, vel quæ ad peccatum injuriāmque declinat. Hic enim in animos et corpora eorum, qui enascentur, liberorū, necessario transferuntur, itaque imprimitur, pejoresque inde transnuntur. Sed præcipuus illa (nuptiarum) ac nocte. » Graeca hic addunt: *Benedictus Tobiae uxori suam; id est, bene preactus est ei, ut foret fecunda et probos gigneret, educareque filios: sic Isaac deprecatus est Dominum pro uxore sua* » *Rebecca, Genes. xxv, 21.*

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Mater Tobiae suspirat ad ejus redditum; Raquel dimittit Tobiam cum Sara filia sua, iisque dimidiam bonorum partem tradit, ac Sara monita dat, ut diligat maritum, soceros honoret, et probe familiam regat.

1. Cum vero moras ficeret Tobias, causa nuptiarum, sollicitus erat pater ejus Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus, ant quare detentus est ibi? 2. Putasne, Gabelus mortuus est, et nemo reddet illi pecuniam? Cœpit autem contristari nimis ipse, et Anna uxor eius cum eo: et cœperunt ambo simul flere, eo quod die statuto minime reverteretur filius

ecorum ad eos. **4. Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu, heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostra, solarium vita nostre, spem posteritatis nostræ?** 5. Omnia simul in te uno habentes, te non debuinus dimittere a nobis. 6. Cui dicebat Tobias: Tace, et noli turbari, sanus est filius noster; satis fidelis est vir ille cum quo misimus eum. 7. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiebat, et circuibat vias omnes, per quas spes remandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem. 8. At vero Raquel dicebat ad generum suum: Mane hic, et ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. 9. Cui Tobias ait: Ego novi quia pater meus et mater mea modo dies computant, et cruciatur spiritus eorum in ipsis. 10. Cumque verbis multis rogaret Raquel Tobiam, et ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Sara, et dimidiam partem omnis substantiæ sue, in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, et in vaccis, et in pecunia multa, et saluum atque gaudentem dimisit eum a se, 11. dicens: Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatur vos incolumes, et inveniatis omnia recte circa parentes vestros et videant oculi mei filios vestros priusquam moriar. 12. Et apprehendentes parentes filium suam, osculati sunt eam, et dimiserunt ire: 13. monentes eam honorare socios, diligere maritum, regere familiam, gubernare dominum, et seipsam irreprehensibilem exhibere.

4. HEU HEU ME, FILI MI, UT QUID TE MISIMUS PEREGRINARI, LUMEN OCULORUM NOSTRORUM? (Pater enim erat cœsus, mater per senio cœquebat: quare filius ei erat instar oculorum, ut per eum videant, legerent, agerentque quæ videnda, legenda, agenda erant. Eudem vocat) **BACULUM SENECTUTIS NOSTRE.** (Sic Scipio Roma appellatus est, eo quod ipse patrem senem et cœcutiem patet, filius sive baculus sustentaret, et per viam duceret et dirigere.) **ET SOLATUM VITÆ NOSTRE;** (filii enim solantur senectetum parentum, ejusque milites et ærumnas). **ET SPES POSTERITATIS NOSTRE;** erat enim unicus ille filius, a quo omnis familiæ propagatio pendebat. Optant enim parentes filios post se relinquere, ut in eis quasi manente superstities, vivantque in memoria hominum, ut docet Eccl. cap. xxx, 4 et seq.

10. TRADIDI EI SARAM, ET DIMIDIAM PARTEM OMNIS SUBSTANTE SUE IN PUERIS, &c. — Hebrews ubi addunt: *Dedit ei Raquel Saram filiam suam, dimidiam dicituram suarum, et servos et servas, et greges, et boves, et asinos, et camelos, et vestes lineaæ et pretiosas, et vasæ argenteæ et aureæ.* Graeci habent: *Dedit ei corpora, jumenta et argyrum. Corpora, id est, servos sive mancipia, quæ cum libertate careant, non nisi videntur esse corpora, servito heri mancipata. Ita Aristoteles, I Rhetor, Demosthenes, Philipp. III, Strabo, lib. I, 7, 10, 11, id est, corpora vocant mancipia.*

11. ANGELUS DOMINI SANCTUS SIT IN ITINERE VESTRO, PERDUCATUR VOS INCOLUMES. — Hic rursus patet Gabelus et prisca Hebrews credidisse Angelum considerari ad custodiæ, qui eum in via dirigat.

13. MONENTES EAM HONORARE SOCEROS, — quasi parentes; unde Graeca addunt: Quia ipsi nunc parentes tui sunt. Raquel hic Saræ filie sue dat mo-

Vera 13.
Mater
dona
excessus

Quin-
tum

Quar-
tum

Terti-
um

Quin-
tum

Quar-
tum

tus, commissit, ne uila eam officia molestia. Mox subditur: Ipse vero Tobias post hanc profectus est, Deo gratias agens, quod iter prosperum sibi dedisset,

Raquelemque et Edsan ejus uxorem benedicbat (seq; fausta eis omnia preocabatur) et pergebat, quod Niniven appropinquarent.

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Raphael Tobiam domum ad parentes salvum reducit: qui felle piscis linens oculos patris, ei visum restituit. Unde omnes pro gaudio Deum benedicunt, et epuluntur.

1 Cumque revertentur, pervenerunt ad Charan, que est in medio itinere contra Niniven, undecimo die. 2 Dixitque Angelus: Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. 3 Si placet itaque tibi, procedamus, et lento gradu sequantur iter nostrum familiam, simul cum conjugie tua, et cum animalibus. 4 Cumque hoc placuisse ut iret, dixit Raphael ad Tobiam: Toli tecum ex felle piscis, erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, et abiuerunt. 5 Anna autem sedebat secus viam, quotidie in superclivio montis, unde respicere poterat de longinquio. 6 Et dum ex eodem loco specularetur adventum ejus, vidit a longe, et illuc agnoverit venientem filium suum, currensque nuntiavit viro suo, dicebas: Ecce venit filius tuus. 7 Dixitque Raphael ad Tobiam: At ubi introieris dominum tuum, statim adora Dominum Deum tuum; et gratias agens ei, accede ad patrem tuum, et osculare eum. 8 Statimque lini super oculos ejus ex felle isto piscis, quod portas tecum: scias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, et videbit pater tuus lumen colli, et in aspectu tuo gaudebit. 9 Tunc praecurrit canis, qui simul fuerat in via; et quasi nuntius adveniens, blamamento sue cauda gaudebat. 10 Et consurgens ex eius pater ejus cepit offendens pedibus currere: et data manu puer, occurrit obvium filio suo. 11 Et suscipiens osculatum est eum cum uxore sua, et coparent ambo flere pro gaudio. 12 Cumque adorassent Deum, et gratias egissent, considerunt. 13 Tunc sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui. 14 Et sustinuit quasi dimidiad fere horam; et cepit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi. 15 Quam apprehendens Tobias traxit ab oculo ejus, statimque visum recepit. 16 Et glorificabat Deum, ipse videlicet, et uxor ejus, et omnes qui sciebant eum. 17 Dicebatque Tobias: Benedico te, Domine Deus Israel, quis tu castigasti me, et tu salvasti me, et ecce ego video Tobiam filium meum. 18 Ingressus est etiam post septem dies Sara uxor filii ejus, et omnis familia sana, et pecora, et camelii, et pecunia multa uxoris; sed et illa pecunia quam receperat a Gabelo: 19. et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei, quae fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. 20. Veneruntque Achior et Nabath conso- brini Tobiae gaudentes ad Tobiam, et congratulantes ei de omnibus bonis que circa illum ostenderat Deu;. 21. Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio-magno gavisi sunt.

Vers. 1. 1. PERVENERUNT AD CHARAN, QUE EST IN MEDIO ITINERE CONTRA NINVEN, UNDECIMO DIE. — Charan est Haran, e qua evocatus est Abraham a Deo in Chaman(1), Gen. xi, 31 et seq., quo postea Charra

dicitur, ubi cum exercitu Romano a Parthis census est M. Crassus. Sita erat contra, id est versus « Niniven in medio itinere », a Rages usque ad Niniven. Rages enim erat in Media, Ninive in Assyria, inter utrumque media erat Charan, sive Haran urbs sita in Mesopotamia. Hinc probabiliter Serarius, part. IV, colligit Tobiam in totum hoc undecimum castris distanter fuisse, sedum propter etiam et valetudinem teneram Tobiae et uxoris ejus, tum propter multum comitatum sororum, pecuniam, etc., ut in eundo dies consumptos fuissent.

(1) Hebraico dicitur *Arim*, unde non videtur esse illi Abram patris, de qua Genes. xi, 31, quae erat in Mesopotamia cis Tigrim. Nam haec Tobiae Charan sita erat trans Tigrim, inter Ecbatanae Medie et Niniven Assyrie urbem; et forte est Charan, sive qui Ptolomaeus (Tirinus). Ex eo vero quod non nisi post undecimum diem in Charan pervenerunt, non concludendum est Charan ab Ecbatana

iter eundo, scilicet in Rages, inque reieundo in Niniven ad patrem, assumpsisse circiter sex septimanas, sive dies 47; Torniellus vero dies 38, Salianus dies 34.

Vers. 2. 7. DIXITQUE RAPHAEL AD TOBIAM: AT (et a) significat haec verba necienda esse prioribus Angelis verbis vers. 4, ac vers. 3 et 6, per parenthesis quasi interiecti ubi INTROIERIS DOMUM TUAM, STATIM ADORA DOMINUM DEUM TUUM, ET GRATIAS AGENS EI, ACCIDE AD PATREM TUUM, ET OSCULARE EUM. — Disce hic, cum peregrinari vel proficeris quopiam, primo adire templum, Deumque invocare, ut viam tuam prosperet, et dirigat ad suam gloriam et tuam, aliorumque salutem. Deinde rediens, prim ad templum pariter redi, Deoque gratias age; ita faciunt viri religiosi et probi. Audi Pacatus in *Panegeyricis*: « Magnas urbes ingressi, prius sacras edes, et dictata summo Numini delubra viuisimus; tum foris atque gymnasium ». Et sua in *Regula S. Benedicti*: « Suscepisti, ait, hospitos ad orationem ducentur ». Ita fecit S. Antonius visitans S. Paulum primum Eremitam, teste S. Illyronius in ejus via, easterique monachi et amatochoreto, teste Cassiano.

9. TUNC PRECUCURIT CANIS. — Audi Bedam: « Non est contemnenda figura canis hujs, quia viator et comes Angelis est; Doctores enim exprimit Ecclesie, qui configundere cum hereticis, lupos graves a Pastoris summi fugant ovili. Et pollicie dixit, quasi nuntius adveniens, quia numerus Doctor quipiam fidelis nuntius est veritatis: pulchro blandimentu sua cauda gaudebat. Cauda, quae quasi finis est corporis, finem bone operationis, id est perfectionem, vel certe merationis, dum sine fine tribuitur, insinuat. »

Vers. 10. 10. ET CONSURGENS CECUS PATER OFFENDERET REBENS. — Mystico: « Tobias caecus, ait Pineta, significat Iudeorum populum a perfidie sua vetero surgentem et currentem ad dominum, quamvis offendenter gressibus operum, donec plena fidelis et operationis honesta lucem recipere, regeneratus in Christo et instructus. »

Vers. 11. 11. ET COOPERANT AMBO PLERE PRO GAUDIO. — Graeca addunt dixisse matrem: Vidi te, fili, jam moriar, seilicet, contenta et leta. Sic Simeon, viso Christo, ait: « Nume dimisit servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. »

Vers. 12. 12. TUNC SUMEN TOBIAS DE PELLE PISCIS (callionymus) LINIVIT OCULOS PATRI SUI.

Vers. 13. 14. ET SUSTINET QUASI DIMIDIAM FERE HORAM, — donec feli sensim sua acrimonia albuginem et membranam oculis patris obducant eroderet, attenuaret et consumeret. Ille patet hanc occasione per fel curationem fuisse naturalem, ut ex Lyrone, Dionysio, Serario, Sanchez et aliis dixi cap. vi, 8. Unde Graeca habent Raphaelem dixisse: Tu, fel urge in oculos ejus, et ipse morsus detinet, objectumque albuginem, et ipse te intubetur. Et infatuus: Tobias sparset in oculos ejus illud fel; ut vero

morsi compuncti sunt occulti, eos confundit, et ab oculis canthis, seu angulis albagines squamarum instar desiderant. Pro quo Noster habet: « Et copit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit ». Porro Tobias fuit coetus per 4 annos, scilicet ab anno etatis 36 usque ad 60, quo visum recepit, ut patet cap. xiv, vers. 3, ubi tamen Graeca habent eum octo annos vixisse coecum, nimur ab anno etatis 38 usque ad 60, quae illuminatis est. In vita S. Gregorii Turonensis Archiepiscopi narratur, quod pater ejus Florentius simil modo fecerit euratus; sic enim ait auctor Vita: « Florentius redi vivo caput captus est; ascendit febris, intumescent pedes, dolor pessimus interquod: perendinata pestis hominum contriverat, jam pene conlammatus jacet. Interna puer (filius Gregorii Turonensis) videt hieron in sonno personam, sese, utrumque librum Tobias cognitum haberet, interrogantem. Respondit: Nequam. Qui ait: Noveris hunc fuisse ex eum, atque per filium ex jecore piscis, Angelo comitate, curatam. Tu ergo fac similliter, et salvabitur genitor tuus. Hee illi matri rebuit, qui confessum pueros ad annem direxit; piscis capitur, que de exitis jussa fuerant, pruni imponuntur. Non fecerit virum eventus; ut enim primo fumus odoris in naribus patris redirebat, protinus omnis ille tumor dolorque recessit. Ille omnia pene ad verbum repetit ipse S. Gregorius Turonensis, libro *De Gloria Confessorum*, cap. xl.

Mystice Beda: Albugo, inquit, significat stultitudinem placidi sibi ipsi, ovum spem et filiaciam, Tobias populum Iudeorum; habet ergo in oculis suis albuginem, qui in oculis suis magnum, candidum et justus appareat, sibique nimis placet et arrogat; sed habet eam instar membranae ovi, quia cedentia meutis sustinet sub spe stutissima nascitur Christi; hinc enim non natum credunt, sed nasciturum sperant, et vane expectant Iudei. Verum quibus a Raphaeli medico, id est ab Alio magno consuli Christo Domino ablatia fuerit hec omnis caligo, agnoscent Messiam iam venisse et redemisse mundum, eumque esse Jesum Christum.

Allegorie, piscis est Christus, uti jam dixi ex S. Augustino, Prospero et aliis. Caro hujus sacramissimae piscis, charitas hujus est, tot operibus in nostrum bonum facies testata, ac passionibus et doloribus ostensa. Fumus autem cordis ejus, est oratio nostra meritorum ejus valoris subinxia. Ideo enim hec aliquid potest apud Patrem, non quia nostra tantum est, sed quia a membro Christi filii naturalis fusa, et in ipsius meritis et charitate fundata. Hec extircat omne genus demoniorum, quia diabolus vincit, et illius tentationes et dolos irridet. Ac proinde Chrysostomus sapienter casum nostrum absentiā orationis et victoria ipsius presentis tribuit.